3 ¶Has ſaltim ꝛc. Hic boe. rñdet tacite q̄ōi. Quererēt aliq̄s quō muſe dictāt tibi carmīa ſcribēda cū ſis ī exiliū relegat⁹ q: intraſti ſine oī comitiua. Ad h̄ rñdet Boe. lꝫ oēs amici mei dereliq̄rūt me ī exilio ꝓpᷣ timorē imperialem tñ has muſas nullus terror imperialis potuit vincere quin ſequerentᷣ me noſtrū iter vſq ī exiliū dictātes nob car. Notādū lꝫ bona exteriora poſſūt auferri ab hoīe p violētiā. ſīc p furtū. rapinā. p icēdiū. tñ ſcia nō pt auferri ab hoīe. nō. n. ſcia violētia auferᷣt. nec vetuſtate cōſumitᷣ nec triſticia minuitᷣ. vñ Sen. ix. epla ad lucil. recitat. ꝙ cū ſtilbon capta p̄ria: amiſſis liberis amiſſa vxore ſua ꝛ alijs bonis ſol⁹ ab icēdio exierat. req̄ſit⁹ fuerit a deo meti ſco nūq̄d oīa pdidiſſꝫ: rñdit nihil pdidi ſ oīa bōa mea mecū ſᷣ. iuſtīa. ꝟt⁹ ꝛ prudētia. ꝛ h̄ īnuit Bo. di. Muſas ſe ñ reliq̄ſſe. Vñ etiā Ala. d planc. na. d ſcia dic. Sup oēꝫ poſſeſſiōꝫ generoſa emanat poſſeſſio q̄ ſpſa colligitᷣ erogata reuertitᷣ publica ſuſcepit īcremētū. p quā nobil' theſaur⁹ ſecreti ꝑpenetralib⁹ naſcitᷣ effect⁹ ꝯtīnc delectatōis acq̄ritᷣ. h̄ ē ſol p quē mēs dieſcit a

tenebris cordis oculos delicioſa animi paradiſus. Hec immortalē ex morta-
li facit: ⁊ caducū hoīem in deū deifice mutatiōis autoritate ꝯuertit. Nota circa hāc dictiōez ſaltim ꝙ tres dictiōes ꝓferri pn̄t ꝑ tim q̄ deberēt ꝓferri ꝑ tē. vn̄ ꝓferimus ſaltim ꝓ ſaltē. timpus ꝓ tēpꝰ. extimplo ꝓ extēplo. qđ ē ꝯ. Huguitionē. q̄ dicit. Tim tria deteſtor extimplo timpora ſaltim.

¶ Gloria felicis. Hic Boetius deplangit ſtatū ſuū ex parte defectus corpal. Et primo ꝓponit eū ī generali. ſcđo ī ſpeciali. Secūda ibi. Uenit enim. Dicit primo.

Gloria felicis olim viridiſq; iuuente.
Solant̄ meſti nunc mea fata ſenis.
Uenit eīm ꝓperata malis inopina ſenectꝰ.
Et dolor etatē iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui fundunt̄ vertice cani
Et tremit effeto corpore laxa cutis.

Quondā ꝯſolabant̄ me gloria felicis. i. ꝓſpere iuuētutis. ⁊ gloria viridis iuuente. i. delectabilis iuuētutis. ſ; nūc fata. i. euentus. meſti ſenis. i. triſtis ſenectutis. ſolant̄. i. ꝯſolant̄. mea. i. meā ꝑtē. q. d. prius cōſolabar dulci iuuentute. nūc aūt ꝯſolor triſti ſenectute. Scđm illā ſententiā ſic exponit̄ lr̄a. Gloria felicis iuuente. i. ꝓſpere iuuentutis. viridis. i. delectabilis iuuentutis. olim. i. quondā ſupple ꝯſolabant̄ me. nunc fata. i. euētus meſti ſenis. i. triſtis ſenectutis ſolant̄ mea. i. meā ꝑtē. Notādū ꝙ cōmuniter illa lr̄a aliter exponit̄ referendo eā ad muſas poeticas ſic. Camene que quondam tpe iuuentutis erāt gloria felicis ⁊ viridis iuuētutis qđ dicit̄ ꝓ tanto. qꝛ iuuenes olim ſolebant informari in arte poetica in qua ꝓficientes gloriabant̄ in vſu metroꝝ ⁊ rigmoꝝ. nunc aūt camene ſolant̄ mea fata inquā meſti ſenis. Notandū ꝙ felix iuuentus eſt q̄ bonis exterioribus eſt adornata. de quibus bonis loquit̄ Ariſto. circa ꝑncipiū libri de bona fortuna dicēs. Sine rebꝰ exterioribus q̄ꝝ fortuna eſt dn̄a nō ꝯtingit eē felicē. Sed viridis. i. delectabilis iuuentus eſt illa q̄ eſt nature bonis decorata. ſ. fortitudine. pulcritudine ⁊ agilitate. Unde ariſto. in Ethicis. Nō oīus felix eſt q̄ ſpē turpis aut ſolitarius aut carens ꝓle. Nota ꝙ Boetiꝰ repn̄tat in ſe ſtatū miſerie cū dicit fata meſti ſenis ſe ꝯſolari cū minime hominē ꝯſolant̄ ſ; magis ꝑturbant. etiā dicat muſas poeticas ſe ꝯſolari ſimiliter repn̄tat ſtatū miſerie. qꝛ muſe poetice nō cedēt alicui in ſolaciū. ſ; ponꝰ in alimentū doloris. Itē de ſignificationibus fati ponit huguitio duos verſiculos dicens. Conſtellatio mors ꝑce reſponſa duorum. Euentus rerū ſignat̄ nomine fati.

¶ Uenit eīm ꝓperata malis. Hic Boe. declarat in ſpāli defectū corpalē di. Bene dico ꝙ fata meſte ſenectutis nūc ꝯſolant̄ me. eīm ꝓ qꝛ ſenectus inopina. i. inopinata. ꝑ apocopā. ꝓperata. i. feſtinata venit in malis. i. cū ſuis malis ⁊ incōmodis. ⁊ dolor ſupple quē patior iuſſit ineſſe. i. induxit mihi ſuā etatē. ꝑ qđ innuit̄ ꝙ nō ſolū etas inducit dolorē: ſ; ecōuerſo dolor īducit ⁊ cauſat etatē ⁊ ſeniū. Et tūc Boe. ponit duo ſigna ſue ſenectutis dicēs

Cani ſupple capilli: intẽpeſtiui.i.antẽ debitũ tp̃s. fundant̃ in vertice.ſ. in capite meo. Aliud ſignũ ſenectut. ibi ꝙ cutis mea laxa.i.ſoluta tremit cor pore. ⁊ effeto.i.carne ꝯſumpta.i.euacuata. Nota ꝙ hoiem ſenẽ multa mala ⁊ incõmoda circũueniunt: nã pellis eius ꝯtrahit̃.cor ei⁹ ꝯcutit̃.pulmo eius debilitat̃.lumbi eius indurant̃.dorſum incuruat̃.mẽbra tremũt Vñ poeta dixit. Optam⁹ ſenũ cũ venerit ẽ male vẽtũ. Hoc ẽ gibboſum ſurdũ cecũq͂ moroſum. Propter hoc dicit Boetius ꝙ ſenectus veñt mihi cũ ſuis malis. Notãdũ circa illã ptẽ. et dolor etatẽ.ꝙ triplex eſt cã ſenectutis.ſ.etas.infirmitas et aduerſitas. Senect⁹ que inducit̃ ꝑ etatẽ naturalis eſt.que aũt inducit̃ ꝑ infirmitatẽ vel aduerſitatẽ accñtalis eſt.qualis ſenectus fuit in Boetio q̃ ſenuerat ꝓpter multitudinẽ doloris et triſticie. Notandũ ꝙ canicies Boe.fuit intempeſtiua. Huguitio dic̃. Intẽpeſtiuũ eſt qḋ eſt incõgruũ.ĩcõueniẽs.inutile vl̃ ſine tẽpore. Vñ intempeſtiuũ dr̃ illud qḋ nõ hꝫ ydoneũ tp̃s vel qḋ nõ eſt ꝯueniẽs ꝑ tp̃e. Et q̃ꝛ boetius iuuenis erat etate et cũ ſenuerat ex aduerſitate iaꝫ canicies eius fuit intempeſtiua. Notandũ ꝙ in iuuenibus cutis eſt denſa ꝓpter multitudinẽ ſanguinis.ex quo ſanguine generat̃ caro. ſꝫ q̃ꝛ ſanguis diminuit̃ in ſenib⁹ diminuit̃ etiã caro in eis.iõ cutis ſenũ eſt laxa. Notandũ circa hoc vocabulũ effeto.ꝙ ipm̃ tractũ eſt a mulierib⁹ pregnantib⁹ que cũ peperint dicunt̃ effete.i.fetu euacuate. Unde dicit Hugui.ꝙ fetus eſt natus mulieris adhuc in vtero exñs.et dr̃ a foueo eo ꝙ ibi foueat̃.inde fetus ta tũ.i.plenus a um. Inde effetus.i.debilis. quaſi ſine fortitudine virium vel viribus euacuatus. Inde fetoſus ſa.ſum.i.plenus fetu. Unde in pſ. Oues eoꝝ fetoſe.id eſt plene fetu.et ſenes pñt dici effeti quaſi extra fetum poſiti.q̃ꝛ ſenectus nõ eſt apta ad generandum fetum.

Mors hoĩm felix q̃ ſe nec dulcibus annis
 Inſerit: et meſtis ſepe vocata venit
Heu heu q̃ ſurda miſeros auertit̃ aure
 Et flentes oculos claudere ſeua negat
Dũ leuibus maleſida bonis fortuna fauẽt
 Pene caput triſtis merſerat ora meum
Nũc q̃ꝛ fallacẽ mutauit nubila vultũ
 Protrahit ingratas impia vita moras.

¶ Mors hoĩm felix. Hic Boe. deplangit ſtatũ ſuũ ex ꝑte durationis vite miſerabilis.⁊ primo p̃mittit q̃ mors hoĩm ſit felix ⁊ que non.et dicit ſic. Illa mors hoĩm eſt felix que nec inſerit.i.nõ immittit ſe dulcibus annis.i.temporib⁹ ꝓſperis cũ delectat hoĩem viuere. Similiter illa mors eſt felix que ſepe vocata venit meſtis ſupple annis.i.triſtib⁹ annis.q̃ꝛ in annis aduerſitatis miſeri ꝯſueuerũt vocare mortẽ. Tunc oñdit que mors hoĩm ſit crudelis dicẽs. Heu q̃ ſurda aure.i.recluſa aure.ſeua mors.i.crudelis auertitur.i.ſpernit miſeros homines.⁊ negat.i.nõ vult.claudere flentes oculos eoꝝ.quaſi dicat.crudelis mors eſt q̃ nõ ꝑmittit miſeros mori.et dicit clau-

dere flentes oculos. p hoc innuēs q̄ in morte oculi hoīm claudūt᷑. Et tūc Boe. deplangit plongationē ſue vite dicēs. Dū fortuna maleſida. i. pfida mihi faueret. i. arrideret. leuibus. i. tranſitorijs bonis. triſtis hora. ſupple mortis. pene merſerat. i. oppꝛeſſerat meū caput. q. d. tpe pſperitatis ſꝑ accelerauit. mors oppꝛimere me. nūc aūt qꝛ fortūa nubila. i. aduerſa. mutauit fallacē vultū im pia. i. miſera vita. ꝓtrahit. i. plongat. moras: ſupple viuendi. ingratas. i. odioſas mihi. qꝛ ꝓpter miſeriā tedebat ipm Boetium viuere.

**Quid mē felicem totiens iactaſtis amici**
**Qui cecidit. ſtabili nō erat ille gradu.**

Notandū q̄ lꝫ ſcḋm vulgares ꝛ ſcḋm appentiā hᷓ ſnīa de morte felici ꝛ crudeli videat᷑ vera tñ ſcḋm rei veritatē eſt falſa. qꝛ mors etiā tpe pſpitatis pōt eē bona. Nam ſcḋm Senecā. optimū ē mori cū delectat viuere. et tpe aduerſitatis pōt mors eē mala. qꝛ aduerſitas ſepe inducit deſperationē. Boeti⁹ aūt repꝛitando ſtatū miſeri hoīs. hāc ſniaꝫ ponit tanq̄ verā. Notandū q̄ mors vel cōpat᷑ ad vitā pñtē vel futurā. Pꝛimo mō illa mors dꝛ felix. q̄ fugit ptē pſperitatis ꝛ accelerat tpe aduerſitatis. Si autē cōpat᷑ mors ad vitam futurā. tūc ipa pōt dici bona ꝛ mala tpe pſperitatis ꝛ etiā aduerſitatis. qꝛ ſi mors ducit ad gloriā dꝛ bona. ſi ad penaꝫ dꝛ mala. Notādū ſcḋm remigiū ſup donatū heu aliq̄n ē monaſyllabū aliq̄n diſſyllabū. ſicut metri neceſſitas reqrit. vñ ī ꝓpoſito eſt diſſyllabū dicēdo. Heu ꝯſurda miſeros auertit᷑ aure. Notandū q̄ hᷓ vbū auertor q̄nq̄ eſt paſſiuū ꝯſtructū cum ablatiuo mediante ꝑpoſitiōe vt dicēdo auertor a te ꝛ eſt idē q̄ꝺ remoueor Aliq̄n eſt verbū deponens cōſtructū cū accuſatiuo vt dicēdo auertor te. et tūc idē eſt q̄ꝺ ſperno te. ꝛ ſic accipit᷑ in ꝓpoſito cuꝫ mors auertit᷑. i. ſpernit miſeros. Unde vſus. In vi paſſiui notat auertor remoueri. Si ſit deponēſ auertor ſpernere ſignat. Notandū Boetius appellat fortunā maleſidā qꝛ eſt deceptiua. Vñ Seneca. Neminē aduerſa fortuna cōminuit niſi queꝫ ſecunda decepit. et alibi Señ. Fortuna nemini fidē ſeruat. nulli ſit᷑ obeſſe ꝯtenta eſt quē nemini fouet hunc ſtultū facit. Nota fortune bona dicūtur leuia qꝛ tranſitoria. nō eñ ꝑdurant circa hoīem ſcḋm Señ. Illud nō eſt tuū quod fortuna fecit eē tuū. donū eñ q̄ꝺ dare potuit: potuit ꝛ auferre.

Notandū q̄ Boe. appellat fortunā nubilā. i. obſcurā ſiue cecā. Depingebat᷑ eñ antiquitus fortunā ceca. qꝛ ex improuiſo accedit ꝛ recedit. Uel qꝛ cecū reddit hoīem extollendo cū in pſperis ꝛ deprimendo in aduerſis.

Notandum q̄ Boetius dicit fortunā olim circa ſe mutaſſe fallacē vultū qꝛ fortuna olim depingebat᷑ duplici facie. anteriori alba. poſteriori aūt parte nigra. p albā deſignabat᷑ pſpitas. p nigrā aduerſitas. mutauit ꝗ fortūa circa Boetium fallacem vultum proſperitatis. poſtea oſtendit ei vultum aduerſitatis.

¶ Quid me felicē ꝛc. Hic Boe. deplangit ſtatum miſerie ſue. apoſtrophando ꝯtra amicos dicēs. O amici mei. q̄d. i. ꝓpter quid. iactaſtis. i. iactando dixiſtis me. totiēs felicē: fruſtra eñ hoc dixiſtis qꝛ felicitas mea nō erat ſtabilis quod patet ex hoc quia ego cecidi. et iſte qui cecidit de pſperitate in

aduerſitatē nō erat in ſtabili gradu ꝓſperitatis. Notandū duplex eſt felicitas. Politica q̄ ꝯſiſtit in bonis exterioꝛibus. ꝛ talis nō eſt ſtabilis ſicut nec bona exterioꝛa. Alia eſt felicitas ſpeculatiua q̄ ꝯſiſtit in actu ſapīe. ſ. in ſpeculatōe ſbaꝝ ſeparatarū. ꝛ talis felicitas eſt ſtabilis ꝛ īmutabilis cū ſit bonū optimū. pulcerrimū. delectabiliſſimū. ex pˀmo ethicoꝝ.

## Proſa prima.

Ec dum mecum tacitus ipſe reputarem: querimoniamq̧ lachrimabilem ſtili officio deſignarem: aſtitiſſe mihi ſup̄ v̄ticē viſa eſt mulier reuerendi admodū vultus: oculis ardentibꝰ ꝛ vltra cōem hoīm valētiā ꝑſpicacibus: colo-

b

Ec dū mecū tacitꝰ. Hic īcipit p̄ſa prima huius primi libri ī qua boetius introducit philoſophiam ꝓ ſuam miſeriam conſolantem. Ubi nota ꝙ Boetius dolens et ipſa philoſophia ipſum cōſolans non ſunt aliud niſi animus dolens ex oppreſſione ſenſualitatis. et ratio conſolans ex vigore ſapientie. Et diuidit̄. Primo oſtendit Boe. quō phīa ſibi apparuit. Scđo quid circa ipm̄ egerit. ſcđa ibi. Que vbi poeticas mu. Primo deſcribit appaꝛitionē phīe quo ad tp̄s ꝛ ad locū. ꝛ deſcribit eius diſpoſitiōez quo ad vultū. quo ad aſpectū. quo ad coloꝛē et vigoꝛē. ꝛ q̄ ad etatem. Secundo deſcribit philoſophiam q̄tum ad habitum exterioꝛem. Tercio q̄ ad oꝛnamenta ꝛ inſignia que manibus geſtabat. Secunda ibi. Ueſtes erant Tercia ibi. Et dextra quidem. Dicit primo. Dum ego Boetꝰ hec que ſupra in metro dixi. tacitus mecum reputarē. i. cogitarē. ꝛ querimoniā lacrimabilē. i. ꝓuocantē ad lacrimas. deſignarē. i. deſcriberē. officio ſtili. viſa ē mihi mulier aſtitiſſe ſupra verticem. i. ſupra caput. admodū id eſt valde. reuerendi vultꝰ oculis ardentibus ꝛ ꝑſpicacibus. id eſt claris. vltra cōem hominum valentiam. id eſt vltra homines. que apparuit in coloꝛe viuido. id eſt delectabili. ꝛ apparuit mihi tanq̧ inexhauſti. id eſt inconſumpti vigoris q̄uis ipſa foret ita plena eui. id eſt durationis. vt nullo modo crederetur eſſe noſtre etatis. ſtatura eius ambigue. id eſt dubie diſcretionis. id eſt cognitionis. Nam nunc id eſt aliquando. cohibebat. id eſt extendebat. ſeſe ad communem hominum menſuram. id eſt longitudinem. nunc. id ē aliquando. videbatur pulſare. id eſt attingere celum cacumine ſummi verticis. id eſt altitudine capitis. que cum caput altius extuliſſet ipſum etiā celum ſua longitudine penetrabat. Notandum ꝙ Boetius deſcribit philoſophiam ſibi apparuiſſe ſub ſpecie mulieris. quia philoſophia apud grecos. ꝛ ſapiētia apud latinos eſt generis feminini. Et ideo. quia ſicut mulier infantes lacte nutrit. ſic philoſophia minus ꝑfectos nutrit facilibꝰ doctrinis. Et ideo quia Boetius erat eger. Mulier autem magis eſt cōpaſſiua ꝛ magis habilis ad conſolandum egrum q̄ vir. Nam ſcđm Salomonē vbi non eſt mulier ibi ingemiſcit eger.

Notandū ſtare eſt erecto modo ſe habere. ⁊ qꝛ ph̄ia exigit hoīem ad delectationes intellectuales faciens cadere ſenſuales. iō ipa deſcribit̃ ſtetiſſe. Et dr̄ ſtetiſſe ſupra verticem. qꝛ ph̄ia eſt in aīa intellectiua que nō hꝫ organum in vertice. nā anime intellectiue nullius organi corporalis eſt actus. Uel dr̄ iō ſtare ſupra verticem. qꝛ de ſupero cardine elapſa venit. vt dic boetius. iij. proſa huius primi.

re viuido. atqꝫ inexhauſti vigoris q̄uis ita eui plena foret vt nllo mō nr̄e crederet̃ etatis. Statura diſcretionis ambigue. Nam nūc quidē ad cōem ſeſe hoīm menſurā cohibebat. Nūc vero pulſare celū ſūmi verticis cacumine videbat̃: que cū caput altius extuliſſet ipm̄ etiā celū penetrabat: ſeſe reſpicientiū hoīm fruſtrabat̃ intuit⁹. Ueſtes

Notādū ph̄ia dicitur reuerēdi vultus. qꝛ ſuos poſſeſſores reuerendos facit. nā ſm̄ Tullium ſola ſapīa eſt que meretur honores. It̄ ſm̄ Tullium reuerentia ē quedā decens ac matura grauitas q̄ habet̃ p ph̄iam. ergo dicit̃ reuerēdi vultus. Notādū illud qḋ eſt ardens, eſt penetratiuū. et qꝛ p rōnē ⁊ intellectū q̄ ſunt oculi ph̄ie penetramus intima rex ⁊ quidditates earū. iō ph̄ia dr̄ apparuiſſe ardentibus oculis. ⁊ qꝛ p ph̄iam ſpeculamur ea q̄ vulgares et cōmunes nō ſpeculant̃: ideo dicit̃ habuiſſe oculos pſpicaces vltra cōeꝫ hominū valentiam. Notandū color viuidus ē color naturalis pulcer ⁊ delectabilis. ⁊ qꝛ ph̄ia in ſe pulcerrima eſt. cum ſit res mirabilis et diuina. et delectabilis. qꝛ mirabiles affert delectationes. iō deſcribit̃ apparuiſſe viuido colore. Item ph̄ia apparuit inexhauſti vigoris. qꝛ ph̄ia cū ſit ꝑpetua exhauriri nō pōt. Uel ideo eſt inexhauſti vigoris. qꝛ q̄tumcunqꝫ hō cognoſcat de ph̄ia: adhuc reſtant plura cognoſcenda. qḋ pꝫ ex diuerſitate opinionum in philoſophia quarum vna deſtruit aliā. Itē qꝛ ph̄ia eſt eterna ⁊ preceſſerat ipm̄ Boetium. iō dicit eam nō fuiſſe ſue etatis. Notandum tres ſunt ꝑtes ph̄ie eēntiales ex. vi. metaphiſice. naturalis. mathematica et diuina. Scḋm naturalem ph̄iam dicit̃ ph̄ia ſe cohibere ad cōem mēſurā hominum inq̄tum tractat de naturalibus que cōiter via ſenſus cognoſcunt̃ inter que natura hoīs eſt ſummū ad quod ꝑuenit̃. Dicit̃ aūt ph̄ia pulſare celum quo ad mathematicam. i. quo ad aſtronomiam inq̄tū tractat de motibus ⁊ figuris aſtroꝝ. Dicit̃ aūt penetrare celum quo ad metaphiſicaꝫ inq̄tum dirigit in cognitionem dei: et ſubſtantiarū ſeparatꝝ. Et dicit̃ philoſophia fruſtrare intuitum hoīm reſpicientiū. qꝛ ꝑfectam cognitionē ſbarū ſeparatarū in hac vita habere nō poſſumus: nā ſicut ſe hꝫ oculus nocticoracis ad lumen ſolis ſic intellectus nr̄ ad manifeſtiſſima in nā. ex. ij. metaph. ¶ Ueſtes erant tenuiſſimis filis. Hic Boetius deſcribit ph̄iaꝫ q̄tuꝫ ad habitū exteriorē. Primo q̄tum ad materiā veſtium. ſcḋo q̄tū ad picturaꝫ veſtiū. tertio q̄tū ad violentiā veſtibus illatā: ⁊ legant̃ ꝑtes ſimul. Dicit pri

mo. Veſtes phie erant pfecte tenuiſſimis. i. ſutiliſſimis filis. ꝛ erant ex ſub tili artificio. ꝛ ex materia indiſſolubili quas veſtes ipa texuerat ſuis. i. proprijs manibus. vti p ſicut. ego cognoui eadē phia pdente. i. reuelante mihi i tercia pſa hui⁹ primi. quarū ſupple veſtiū ſpeciē. i. pulcritudinē. quedā caligo. i. obſcura ignorantia neglecte vetuſtatis. i. negligentie veterum

erant tenuiſſimis filis: ſubtili artificio: indiſſolubili materia pfeccteq; quas vti p⁹ eadē pdente cognoui ſuis manibus texuerat. Quarū ſpēz veluti fumoſas imagines ſolet: caligo quedā neglecte vetuſtatis obduxerat: harū in extremo margine. P. grecū: in ſupremo vo. T. legebat intextū: atq; inter vtraſq; litteras in ſcalarū modum gradus quidā inſigniti videbant. quibus ab inferiore ad ſupius elementū eēt aſcenſus. Eandē tn̄ veſtē violentoꝝ quorundaz ſciderant manus: et pticulas quas quiſq;

obduxerat. i. obfuſcauerat. veluti ſolet ſupple obducere. caligo fumoſas imagines. id eſt ſtantes in fumo. Tunc oñdit qd fuerit depictum in veſtib⁹ ei⁹ dicēs. In extremo margine. i. in inferiori pte. harū veſtiū. legebat intextum. P. id ē practica. i ſupremo ſupple margine. i. in ſupiori pte veſtiū. erat intextū. T. id eſt theorica. qđ interptat ſpeculatiua. et inter vtraſq; lr̄as. inter. T. ꝛ. P. erant quidam gradus inſigniti. i. impreſſi. in modū ſcalarū. quibus a gradib⁹ aſcendebat ab inferiori lr̄a ad ſupiorē. Tūc tangit violentiā veſtibus illatā dī. Eandem veſtem ſciderant. i. lacerauerant manus quorundam hoim violētoꝝ ſupple facientiū violentiā; et quiſq; . i. vnuſquiſq; abſtulerat pticulas a veſte quas poterat auferre. Notandū q̄ p veſtes phie intelligunt partes eēntiales ꝛ artes liberales. Sicut eni corpus veſtibus ornat ſic phia ſuis ptib⁹ decorat. Per fila aūt ſubtiliſſima intelligūt pcepta phicalia ſiue ꝓpōnes philoſophicales. ſicut eni vnū filū in veſtibus ordinat circa aliud. ſic vna ꝓpō iuxta aliā. que ꝓpōnes dicunt ſubtiliſſime. qꝛ p eas homo ſubtilia inueſtigat. Dicunt ꝛ hmōi pcepta ſubtili artificio rōe ornat⁹ verboꝝ ꝛ ſententiarū. que in eis inueniunt. ꝛ ſunt ex materia indiſſolubili. qꝛ licet a quibuſdā male exprimant. tn̄ in ſeipis hn̄t veritatē indiſſolubilem.

Notandum p manus phie p quas ſuas veſtes texuerat. intelligunt phi q pcepta phicalia ꝯſcripſerūt. Et dicunt rōabilit man⁹ phie. qꝛ niſi fuiſſēt inſtructi pceptis phicis ea exprimere minime valuiſſent. Notandum q̄ veſtes philoſophie dicunt fuiſſe obducte quadam caligine. quia tpe Boetij artes ad tantam negligentiā deuenerant. qꝛ pauci eas curabant. ſ; Boetius eas tranſtulit ꝛ expoſuit ſiue cōmentatus eſt. Vel ideo veſtes phie fuerūt fumoſe, qꝛ ab antiquis obſcure fuerit tradita phia, ab Empedocle po

etice. a Platone enigmatice. ab Ariſto. ſub verboꝝ obſcuritate. Notādum qꝛ duo ſunt ꝑtes principales philoſophie. ſ. practica ⁊ theorica. ideo in veſte phie erant due littere intexte. ſ. P. ⁊. T. P aūt erat in inferiori ꝑte veſtis. ⁊ T in ſupiori. ꝑ qḋ innuit. ꝙ phia practica eſt inferior ſpeculatiua ordine dignitatis. Per gradus aūt medios q̄ erant inter vtraſqꝫ lr̄as intelligūtur ſcīe eloqntie q̄ ſūt grāmatica. logica. rethorica.

Nota ꝙ dꝛ aſcēſū fuiſſe ꝑ gdus a practica ad ſpeculatiuā: ꝑ hoc innuit ꝙ hōꝑ dꝫ eſſe ſufficient īſtruct⁹ i ꝓcticis vt p⁹ aſcēdere valet ↄtēplatiuis.

potuit abſtulerāt. Et dextra q̄dē ei⁹ libellos: ſceptrū v̄o ſiniſtra gebat. Que vbi poeticas muſas vidit nr̄o aſſiſtētes thoro: fletibuſqꝫ meis v̄ba dictātes ↄmota pauliſp: ac toruis īflāmata lumib⁹. P. Quis inq̄t has ſcenicas metriculas ad hūc egrū ꝑmiſit accedē. Que dolores ei⁹ nō mō nllis fouerēt remedijs: verū dulcib⁹ īſup alerēt venenis. He ſt eñ q̄ īfructuoſis affectuū ſpinis vberē fructibus ratiōis ſegetē necāt. Ho

Notādū q̄d ſit ſcīdere veſtes philoſophie. illi tm̄ dicūt veſtes ſcindere phie q̄ putāt hn̄tes vnam ſcīaꝫ ſe eē ꝑfectos phos ſine alijs. Si aūt aliq̄ ſciāt vnā artē ſine alia dūmodo ſe cognoſcāt nō eē ꝑfectos phos tales non ſcindūt veſtes phie. Uel illi ſcindūt veſtes phie q̄ ꝑ extortas expōnes trahūt veras ↄpōnes ad ſuas falſas opiniones.

¶ Et dextera quidē eius. Hic Bo. deſcribit phiam q̄ꝛ ad inſignia ⁊ ornamenta q̄ manibus geſtabat d. Et dextra man⁹ phie geſtabat libellos. ſiniſtra v̄o geſtabat. i. portabat ſceptrū. i. v̄gā regalē. Notandū ꝙ oīs cura ⁊ intētio viri ſapientis verſat̄ vel circa ↄtēplationē ſapīe q̄ deſigīt ꝑ libellos vel circa regimen reipub. qḋ deſignat̄ ꝑ ſceptū ⁊ qꝛ ↄtemplatio ſapientie potior eſt q̄ꝫ regimen reipublice. ideo philoſophia dicit̄ in dextra habere libellos. In ſiniſtra v̄o ſceptrum.

¶ Que vbi poeticas muſas. Poſtq̄ꝫ boetius oſtendit quō phia ſibi apparuit: hic oñdit q̄d circa ipm egerit. et p̄mo oñdit quō muſas poeticas fugauit. ſcdo oñdit quō ipſe de hoc obſtupuit. tercio quō phia ſibi appropīqns ſtatū eius deplanxit. ſecūda ibi. At ego. tercia ibi. tū illa. Dicit primo. que ſupple phia. vbi. ꝓ poſtq̄ꝫ vidit poeticas muſas aſſiſtentes nr̄o thoro. i. lecto. qꝛ boetius tanq̄ꝫ eger in lecto decubuit. ⁊ cū vidit muſas dictātes verba. i. carmina meis fletibus. ipſa phia pauliſp. i. aliquantulū. cōmota ⁊ inflamata. i. inceſa. toruis luminibus. i. crudelib⁹ vel terribilibus oculis. inq̄t q̄s ꝑmiſit has meretriculas. ſcenicas. i. vmbroſas. accedere ad hūc egrū que dolores eius nō modo. i. nō tm̄. fouerent. i. ſanarent. nullis remedijs. id eſt medicamentis. verū ꝓ ſ. alerent ſupple dolores eius dulcibus venenis. He ſunt eñ muſe q̄ infructuoſis ſpinis affectuū paſſionū necant. i. ſuf

focant. vberem .i. fertilem fructum. rõnis fructibus .i. in fructibus ſuis. et mentes hoim aſſuefaciant morbo nõ liberant. Tũc alloquit muſas dicẽs O muſe ſi vr̃e blandicie detraxiſſent nobis quẽ .i. aliquẽ virũ ꝓphanũ .i. illiteratũ. vti ꝑ tãcꝫ. ſolitũ .i. ſũez. vulgo ego putarẽ id ferẽdũ .i. patiẽdũ. minus moleſte qppe in hoc nihil lederent nr̃e ope .i. vr̃e ſedulitates. ſ vos allexiſtis nobis hoiem hunc enutriciũ ſtudijs .i. ſcientiis. eleaticis. i. ariſtotelice atqꝫ achademicis .i. platonicis. tunc fugat eas di. Sꝫ abite potius i. recedite. vos ſyrenes. dulces. vſqꝫ in exitũ .i. in mortem. et relinquite

mi nũcꝫ mẽtes aſſuefaciũt morbo nõ liberãt. At ſi quẽ ꝓphanũ (vti vulgo ſolitũ) nobis blanditie vr̃e detrahẽnt. min⁹ moleſte ferendum putarẽ. Nihil quippe in eo nr̃e ope lederent. Hũc vero eleaticis: atqꝫ achademicis ſtũdijs enutritũ. ſed abite poti⁹ ſirenes vſqꝫ i exitũ dulces: meiſqꝫ eũ muſis curãdũ ſanãdũqꝫ relinqte. B. His ille corus icrepit⁹ deiecit humi meſtior vultũ cõfeſſuſqꝫ rubore vẽcũdiã limẽ triſtis exceſſit.

eũ curandũ meis muſis .i. doctrinis ſalutiferis. Tũc iſte chorus .i. turba muſarũ. increpit⁹ .i. redargut⁹. meſtior .i. triſtior exñs. vultũ ſuũ deiecit .i. inclinauit. humi .i. t̃re. et rubore ꝯfeſſus verecũdiã triſtis exceſſit .i. exiuit limen .i. domũ in q̃ decubuit boeti⁹.

¶ Notandum ꝙ ideo muſe poetice dicebant̃ aſſiſtere thoro boetij. qr boetius ſtuduit metrice dolorẽ ſuũ ꝯſcribere. Itẽ phĩa dr̃ pauliſꝑ ꝯmota ꝑ qd̃ innuit ꝙ ira imoderata nõ dꝫ cadere i virũ ſapiẽtẽ: qr virtus ꝯſiſtit i moderatõe paſſionũ. Nã licꝫ iraſci ſit hoi naturale. tñ iraſci qñ oportet: et vt oportet. et quantũ oportet eſt hoĩs virtuoſi et ſapientis. Vñ Seneca. Quid crudelius ira? Silr̃ in de virtutib⁹ cardinalibus. Eſto tardus ad irã. Item interrogatio qñqꝫ fit cã ĩgñantie alieni⁹. aliqñ vt ex r̃nſione facta aliqd ꝓbet. qñqꝫ fit ꝓpter increpatiõez faciendã. et hõ vltimo mõ phĩa ĩterrogat dicẽs. qs has ſceni. meretri. etc. Notãdũ ꝙ muſe poetice dicũt̃ meretricule. ſic eñ meretrix allicit hoĩez delectãdo nihil ſibi vtilitatis ꝯferẽdo. et cõmiſcet ſe cuilibet nõ ex amore ſ ſpe lucri. ita poete nõ ſcribũt amore ſciẽ. ſ vt aliqd laudis vel p̃mij ꝯſequant̃. et delectãt rõne metri modicũ vtilitatis ꝯferẽdo ſ diuerſas paſſiões ĩducẽdo. Appellat aũt phĩa muſas meretriculas ſcenicas. qr carmĩa poetica ĩ ſcena ꝯſueuerũt ꝓnunciari. Ubi nota ꝙ ſcena dicebat̃ loc⁹ vmbroſus ĩ theatro vbi abſcõdebant̃ ꝑſone ꝓnũciãtes carmĩa tragica vl̃ comica. vñ ſcena ĩterp̃tat̃ vmbratõ vl̃ vmbra. Uł iõ muſe poetice dicũt̃ ſcenice .i. vmbratiles. qr ſũt vmbra ſciẽ nõ vera ſcia cũ obumbrẽt mentes hominũ. Item metrica deſcriptio doloris nõ ſanat dolorẽ ſed magis auget. qr cõſideratio miſerie ẽ ꝓuocatiua triſticie. Unuſqſqꝫ aũt cum diligentia ꝯſiderat quod ſcribere vult. Item metrica deſcriptio dici-

tur eē dulce venenū. q2 placet et nocet. Rōne metri placet. ꝗ ꝓpter recordationē doloris nocet. Itē affectus eſt vehemēs aī paſſio aīm torquēs. ⁊ verū iudiciū rationis impediēs. Et ſunt quatuor affectus animi gaudiuȝ dolor. ſpes ⁊ timor. qui dicunt͛ infructuoſe ſpine. q2 ſuffocant ſegetem rationis. q eſt ſcia ꝟ virtus. Item licet de omi errore dolenduȝ ſit. potius tñ de errore ſapientis ꝙ inſipiētis. Nā error ſapientis alios exemplo corripit. Error aūt inſipientis nōn. q2 ab inſipiente nō trahit͛ exemplum. ꝓpter quod dixit Saluſtius. Omnia mala exempla a rebus bonis orta ſunt. Ergo dicit philoſophia. magis eēt dolendū de errore Boetij ꝙ alterius ꝓphani. Item ſm Huguitionem phanum idem eſt qḋ templuȝ Inde ꝓphanus. i. ſacrilegus. quaſi ꝓcul a phano. id eſt a templo. Prophanum etiam dicit͛ quicquid nō eſt ſacrum. vnde omnes layci et illiterati dicunt͛ ꝓphani quaſi ꝓcul a phano ſapientie. Item ſm huguitionem opa ope eſt ſedulitas in rebus agendis. Opa aūt philoſophie eſt intentio vl' labor ad aliquid philoſophicum addiſcendum. Item eleys eſt ciuitas grecie in qua ſtuduit Ariſto. vnde ſtudia ſua dicunt͛ eleatica. Achademia aūt fuit ciuitas vel villa in qua ſtuduit plato. vnde ſtudia ſua dicunt͛ achademica. vtriſq3 aūt ſtudijs Boetius fuit enutritus. Item pħia muſas appellat ſyrenes ſicut eñi ſyrenes dulcedine cantus attrahunt naues piclitādo eas. ſic muſe delectatione metri alliciūt hoīes vel mentes hoīm ⁊ rationem aliquo affectu ſubmergunt ⁊ obſcurāt. Item ꝙ vna pħia cōuentuȝ muſarum expulit ſignat͛ ꝙ vnus ſapiens ſua virtute ⁊ ſapientia infinitos errores ſtultorum extinguit.

At ego cuius acies lacrimis merſa caligarat: nec dinoſcere poſſem quenam hec eſſet mulier tā impioſe auctoritatis: obſtupui viſuq3 in terram defixo quidnam deinceps eēt actura: expectare tacit⁹ cepi. Tū

¶ At ego cui⁹ acies. Hic Boetius oſtēdit quomodo obſtupuit de actu philoſophie dicens. Ad ego Boetius cuius acies. i. viſio merſa lacrimis caligarat. i. obſcura fuerat. vt nec poſſem dinoſcere. i. īueſtigare. quenā. i. q eēt hec mulier tam impioſe auctoritatis. id eſt potentie. ego obſtupui. id ē admiratus fui: et defixo. i. inclinato. viſu in terram tacitus cepi expectare quidnam deinceps. i. ꝯſequenter eſſet actura circa me. Notandum q2 Boetius doluit de amiſſione rerū tpaliū. eius acies. i. ratio et intellectus caligarat: ita ꝙ nō potuit cognoſcere philoſophiam. Nota ꝙ licet Boetius ꝺ actu philoſophie obſtupuit: tamen tacitus expectauit quid deinceps facere vellet ꝑ hoc innuens ſe eſſe talem qui conſolationem accipet: qui eñi refutant alios audire: nec audita ratiōe acquieſcūt nec tales ſibipſos obſtaculum conſolationis faciunt.

¶ Tum illa ꝓpius accedens. Hic Boe. oſtēdit quō pħia ſibi appropinq̄ns ſtatum eius deplanxit dicens. Tuȝ illa philoſophia accedēs ꝓpius ꝯſedit in extrema pte lectuli. i. cordis mei. ⁊ intuēs meū vultū grauē. i. grauatuȝ

luctu atq3 deiectū.i.inclinatū in humū.i.in terrā.merore.i.tristicia. ꝯque-sta est his versibus sequentibus de ꝑturbatiōe nr̄e mētis. Notā q̄ ph̄ia dr̄ sediſſe ī extrema pte lectuli.i.cordis boe. Nā cū eſſet in tristicia ꝛ dole-ret ꝓpt̄ amiſſionē rerū tpaliū parū vel nihil sapīe hēbat. et q2 tota cura ei⁹ erat circa terrena amiſſa.iō dr̄ habuiſſe vultū merore deiectū in humum.

illa ꝓpius accedens in extrema lectuli mei parte ꝯsedit meūq3 intuēs vultū luctu grauem.atq3 in humū merore deiectum. His versibus de nostre mentis ꝑturbatiōe cō-questa est.

Metrum secundū primi libri.

b Eu q̄3 ꝑcipiti mersa ꝓfundo.
Mens hebet ꝛ ꝓpria luce relicta.
Tendit in externas ire tenebras.
Terrenis quotiens flatibus acta.
Crescit in immensum noxia cura.

Eu q̄3 ꝑcipi-ti mersa profundo Hic īcipit metrum secūdū huius primi qd̄ vocat̄ metrū dactilicū a pede ꝑdo-mināte. ꝛ di-cit̄ thetrametꝝ a numero pedū. a the-tra qd̄ ē qua-tuor.q2 qua-tuor pedes cōtinet et di-cit̄ ypcatha-lecticum ꝓpter syllabā abundantē post duos pedes in medio versus. Ver-bi gratia. Primus pes est. Heu q̄3. secundus precipi.sed syllaba ti. huius nominis precipiti supabundat. Tercius pes est mersa pro. quartus fun-fundo. similiter est in alijs. In hoc ergo metro philosophia deplangit sta-tum Boetij dolendo de ꝑturbatione sue mentis. ꝛ facit duo. primo vniuer-saliter ph̄ia deplangit ꝑturbationem mentis hoīm. secundo spāliter cōuer-tit planctum suū sup boetiū. ibi. Hic quondam. Primo dicit. Heu q̄3.i.q̄-tū.mens hoīm hebet.id est obscuratur. mersa precipiti ꝓfundo. id est cura rerum temporalium que precipitat hoīem.et talis mens relicta ꝓpria luce id est contemplatione. tendit id est laborat. ire in tenebras externas. id est in ignorantias exteriores. hoc aūt contingit homini. quotiēs supple mēs acta. id est agitata. terrenis flatibus. id est ꝓsperitatibus vel euētibus. cu-ra. id est sollicitudo rerum temporalium. noxia.i. nociua. crescit in immen-sum.id est supra modū. Nota q̄ in nobis est duplex virtus rationalis et sensualis. sensus autem semp aduersatur rationi.quia caro concupiscit ad-uersus spiritum.et spiritus aduersus carnem.cum autem sensualitas vin-cit rationem. tunc homo est in malo statu regimīs. ꝛ efficit̄ bestialis. Un-de albertus sup tercio de anima dicit. Turpe est nobis abijcere regimē su-perioris et inducere regimen inferioris virtutis quod nobis commune est cum bestijs. Ideo scribitur tercio ethicorum. in antiqua trāslatiōe. Valde conandum et laborandum est nobis vt virtus nostra concupiscibilis sub-iecta sit rationi.quemadmodum enim pueri ꝑuerse viuunt si nō a suis pe-

dagogis fuerint coacti ad recte viuēdū. ſic appetitus ſenſualis ducit nos ad inſolentiam, niſi regula rationis fuerit coartatus. plures aūt homines ſequunt̄ ſenſualitatem quā rationem. inſudantes bonis exterioribus ⁊ delectationibus ſenſualibus pꝗ impediunt̄ in ſpeculatione ⁊ cognitiōe ſummi boni. Ideo phia hoc deplangens dicit in metro. Heu quā precipiti.

Hic quondam celo liber aperto.
Suetus in ethereos ire meatus
Cernebat roſei lumina ſolis.
Viſebat gelide ſydera lune
Et quecunqꝫ vagos ſtella recurſus
Exercet. varios flexa ꝑ orbes
Comprehenſam numeris victor hēbat.
Quinetiam cauſas vnde ſonora

Itē cū aīa ingerit ſe curis rerū temporalium ꝓfunde ꝑcipitat̄ ⁊ habet qꝛ a cognitione rerꝫ ⁊ ſui creatoris deſtituit ⁊ ꝺſtituta cadit in tenebras extēnas id eſt in ignorantias exteriores. Ubi notandum ꝙ duplex eſt ignorantia. Quedam naturalis que eſt in iuuenibus ⁊ decrepitis. et vocat̄ ignorātia interna. qꝛ ex naturali defectu ꝓtingit. Alia eſt ignorantia que cauſatur ex negligentia hominis qū ſollicitatur circa exteriora. ⁊ talis dicit̄ externa. quia eſt extra naturam. de qua dicit̄ ꝙ omnes hoīes naturaliter ſcire deſiderant. Prima ignorātia cum ſit naturalis nō eſt vicioſa. quia turpes a natura nemo increpat neqꝫ bonos laudat. Secūda eſt vicioſa cum ſit ꝑ hoīs negligentiam de quo loquit̄ Boetius ſecundo huius proſa quinta. Ceteris animātibus ſeſe ignorare natura eſt. hominibus vero vicio venit. Item dicit noxia cura. Unde Seneca in ꝓuerbijs. Magnam partem ꝑturbationis ſibi dedit q̄ exterioribꝰ ſe iniecit. Itē rō et intellectꝰ dicunt̄ lux homīs. qꝛ illūināt hoīem ad cognitiōeꝫ creature ⁊ creatoris. dicūt̄ aūt ꝓpria lux hoīs. quia ſolū genus hoīm viuit arte et ratione ex ꝓhemio metaphiſice.

¶ Hic quondam celo ⁊c̄. Hic philoſophia ſpecialiter ꝯuertit ſe ad deplangendum Boetiū. et primo oſtendit quanta contemplatōe Boetius quondam viguit. ſecundo oſtendit quomodo deſtitutus a tali contemplatione ſolum de terrenis cogitabat ibi. Nūc iacet effeto. Primo philoſophia cōmendat Boetium ab aſtronomia. ſecūdo a naturali phia. tercio a metaphiſica. ſecunda ibi. Quin etiam cauſas. tercia ibi. Quis voluat ſtabilē. Primo dicit Boetius quondam liber. i. ſolutus a cura rerum temporalium. celo ſibi apto ꝑ cognitionem. ſuetus fuit ire ꝑ rationem in ethereos meatus id eſt ī motus corpoꝝ celeſtiū. et ipſe cernebat. id eſt ſpeculabat̄. lumīa id eſt radios. roſei ſolis viſebat. id eſt cum deſiderio videbat. ſydera. id eſt cōſtellationes. gelide. i. frigide lune. et ipſe boetius victor ignorantie. habebat omnem ſtellam cōprehenſam numeris. id eſt certis computatiōibus. q̄cunqꝫ ſtella erratica. exercetur. id eſt opatur. vagos. i. varios recurſus. nūc ꝓgrediendo nūc regrediendo, ſtella inqꝫ flexa, id eſt mota. ꝑ varios orbes

 /16

id eſt circulos. Nota ꝙ animo liberato a curis exterioribus ꝯceſſum eſt/ nota ꝙ anim
philoſophari. ideo quedam artes dicunt̃ liberales. qꝛ filij liberoꝝ .i. nobi/
liũ q̃ erant liberati a curis tꝑalibus talibus artibus vacabant. Ideo dicit
pħia ꝙ Boeti⁹ q̃ndã liber ⁊c̃. Nota ꝙ dicit celo aperto. licet homo pla/
netas celi corporalit̃ nõ attingat tñ ſpeculatõe cõphẽdit. Hoc pulcre tãgit
Triſmegiſt⁹ di. Magnuꝫ miraculũ eſt homo et aĩal honorandũꝫ hic aĩma in/ tellectiua in⁹

Flamina ſollicitent equora ponti.
Quis voluat ſtabilem ſpũs orbem
Vel cur heſperias ſydus in vndas.

naturam dei tranſit quaſi ipſe deus ſit. Hic p naturam anime dijs eſt con/
iunctus. hic demonum genus nouit. terrã colit. elementis cõmiſcet̃ acu/
mine mentis in maris pfũda deſcendit. celum qꝺ videt̃ altiſſimũ aĩ ſaga
citate metit̃. intentionẽ aĩ eius nulla aeris caligo cõfundit. nec terre den/
ſitas ei⁹ opationẽ impedit. nõ aq pfunditas aſpectũ ei⁹ obtũdit. Nota
ꝙ ſol in ortu ſuo apparet roſeus ꝓpter vapores interpoſitos int̃ viſuꝫ no/
ſtrũ ⁊ ſolẽ. Nã albũ viſum p fumũ apparet rubeũ. Etiã licet in meridie va/
pores ſint interpoſiti nõ tñ apparet tunc roſeus. eo ꝙ illi vapores nõ ſunt
groſſi ſed ſubtiliati calore ſolis. Nota pħia dicit lunaꝫ eẽ gelidam qꝺ non
eſt intelligendũ formaliter. qꝛ prime qualitates q̃ ſunt calidũ. frigidũ hũi/
dum. ſiccũ. nõ habent locũ in corpibus celeſtibus. cũ nõ recipiãt pegrinas
impreſſiones. ſed dicit̃ luna gelida virtualiter vel effectiue. qꝛ frigus ⁊ eti/
am humores efficit in inferioribus. ꝓpter qꝺ noctes quibus luna p̃eſt ſũt
gelidiores ⁊ humidiores magis dieb⁹. Nota ꝙ planete dicunt̃ habere
vagos recurſus. qꝛ mouentur duplici motu .ſ. p̃mi mobilis ab oriente ĩ oc
cidentẽ. ⁊ ꝓprio motu ab occidente in orientẽ. vel ideo qꝛ qñq; appent no
bis ſtationarij. qñq; retrogradi. qñq; ꝓpinqui. qñq; aliqualiter remoti.

Nota ꝙ ſtella erratica dicit̃ flexa .i. mota p varios orbes circuloꝝ .ſ. defe
rentis ⁊ epicycli ratione quoꝝ circuloꝝ nũc dicunt̃ pgreſſiui. nũc retrog̃/
di. nũc ſtatiõarij vt dictũ eſt. ⁊ hꝫ videri ĩ theorica planetaꝝ vl' aſtronomia.

¶ Quinetiã cauſas. Hic cõmẽdat eũ ex pte nãlis pħie dicens. Quinetiã p Quinetiã
certo. Boetius ſolitus fuit rimari .i. inquirere cauſas vnde .i. ꝓpter quas
cauſas. ſonora flãmina .i. ſonoroſi venti. ſollicitẽt .i. pturbẽt. equora .i. pla
niciem. ponti .i. maris. q.d. Boetius ſciuit cauſas generationis ventorum
qui cõmouent ipm mare. Nota ꝙ ex libro metheoroꝝ patet ꝙ vent⁹ ge
neratur ex vapore calido ⁊ ſicco eleuato p calorẽ ſolis qui pueniens ad lo
cũ nubiũ frigiditate nubis repcutit̃. ⁊ repcuſſus fert̃ in latus ⁊ facit ſonũ
impellendo aerem. et qꝛ aqua faciliter eſt diuiſibilis defacili cedit ⁊ reuer/
berat̃ p ventos. Uel alit̃ poteſt intelligi. Antiqui enim dixerunt ꝙ ideo
venti turbãt mare. qꝛ in ipo mari generant̃ venti q̃ nõ exeũt. ſ faciũt fluxũ
maris. ſꝫ hec opinio nõ ſit vera. qꝛ mare fluit ⁊ refluit tpe determiato ſicut
bis in die naturali. venti aũt generant̃ tpe indeterminato.

¶ Quis voluat ſtabilẽ. Hic pħia cõmendat Boetiũ ĩ metaphyſica ⁊ iterato a
naturali pħia d. Boetius etiã ſolitus fuit rimari quis ſpũs .i. intelligẽtia
voluat motu diurno ſtabilem orbem firmamenti, vel etiam cur ſydus ſo/

lis vel aliud habens ortum ⁊ occaſum caſurum in heſperias vndas. id eſt in aquas maris occidentalis. ſurgat. id eſt iteruʒ oriatur. ab ortu rutilo. id eſt ab oriente ſplendido. quaſi diceret. Boetius ſolitus erat inquirere cur ſtelle que in occidente videntur occidere iterum reſurgant in oriente. etiā erat ſolitus rimari quis temperet placidas horas veris. i. temporis vernalis. vt ornet terraʒ roſeis floribus. q̄s dedit. id ē ordinauit. vt autumnus fertilis āno pleno. id ē fecūdo. influat. i. influentiā faciat. grauidis vuis. id ē botris repletis etiam erat ſolitus reddere. i. aſſignare varias cauſas latētes nature. id reruʒ naturalium.

Caſurum rutilo ſurgat ab ortu
Quis veris placidas temperet horas.
Vt terras roſeis floribus ornet
Quis dedit vt pleno fertilis anno
Autumnus grauidis influat vuis
Rimari ſolitus. atq; latentis
Nature varias reddere cauſas
Nunc iacet effeto lumine mentis
Et preſſus grauidis colla cathenis.
Decliuumq; gerens pondere vultum
Cogitur heu ſtolidam cernere terram.

Nota omne quod mouetur ab alio mouetur. ex. vij. phiſicoruʒ ergo celum ab alio mouetur. Mouetur aūt celum a duplici motore ꝑ cōmentatorem. xij. metaph. ab vno cōiuncto ⁊ appropriato qui vocatur intelligentia a quo mouetur effectiue. ab alio motore ſeparato qui eſt deus a quo mouetur ī ratione finis. Item dicit orbem celeſtem eſſe ſtabileʒ. licet eñ moueatur ⁊ mutet locū ſm ꝑtes nō tñ ſm totū ⁊ q̄tū ad hoc dicitur eē ſtabilis. i. immobilis. Item cauſa quare ſtelle q̄ occidūt iterū oriantur nō eſt alia niſi motus circularis primi mobilis. qui ſecum rapit omnes ſtellas tam fixas q̄ erraticas. Itē heſperus eſt ſtella q̄ de veſꝑe ſequitur ſolē occidentē a q̄ ſtella mare occidentale dicitur heſpericū mare. eo ꝙ ſol et heſperus ibi ſe mergāt nō ꝙ ita ſit. ſed q2 vulgares ſic opinantur. cum eñ ſtelle occidunt ꝓpter interpoſitionē maris inter viſum ⁊ ſtellas videntur ſtelle mergi ī mare. Itē tꝑs vernale dr̄ placidū. q2 ē ꝯueniēs vite hoīs. Eſt eñ tꝑs veris calidū ⁊ hūidū in q̄bus ꝯſiſtit vita. ex li. de morte ⁊ vita. ⁊ iō illo tꝑe ꝓducuntur flores. naʒ mā flor̄ ē hūidū aqueū ſbtile. bñ coctū a calido aereo. q2 igitur in vere dñatur calidū aereū ⁊ hūidū aqueū ſubtile qđ ꝑua indiget digeſtiōe. iō ī vere cuius calor tꝑatus eſt flores ꝓducuntur. Itē vitis multū abūdat de hūido aq̄o ⁊ groſſo cuius ſignū ē. q2 tꝑe putatiōis diſtillat ab eis q̄ſi hūidū lacrimabile tale aūt hūidū groſſum multū reſiſtit digeſtioni. iō vue ad maturitatē tarde ꝑueniūt. ſ. tꝑe autūni. Itē Boe. ꝯſueuit reddē cāas latētes rerū nāliū qđ fuit īdiciū felicitatis. nā ſm Virg. Felix q̄ potuit rer̄ cognoſcere cauſas. ¶ Nūc iacet effeto. Hic oñdit phia quō Boetius deſtitutus ꝑdicta ſpecu-

latiõe eſt de terrenis cogitabat di. Nũc. i. tpe doloris. boetius iacet. i. proſtratus eſt. effeto. id ē euacuato. lumine. i. ſpeculatione mentis. ⁊ ipſe preſſus colla. i. ſm colla. grauibus cathenis paſſionũ q̄ mētē grauāt. gerenſq₃ delictũ vultũ. i. inclinatũ pondere amiſſionis rerũ tpaliũ. Ben cogit̃ cernere ſtolidã terrã. i. bona terrena. que hoīes ſtolidos efficiũt.

Nota cathena eſt ferreũ inſtrumentũ quo aliqđ cõtra ſuã naturã detinetur. Quatuor antē affectus q̄ ſunt gaudiũ ſpes. timor. dolor. ſimilitudinarie dicũtur cathene. qr aīm hoīs detinent ⁊ cõtra ſuã naturam ⁊ rõnem ad illicita trahunt. ita ʒ rõ ſp deprecat̃ ad optima. ex. i. eth. Et ꝓpterea Boe. in fine hui⁹ primi hortatur fugã paſſionũ. ibi. tu q̄ʒ ſi vis. Itē nota nõ eſt eſtimãdũ ꝙ Boe. ſic eēt ita euacuatus lumīe mentis ſicut lr̃a ſonat. qr alś fuiſſet inſufficiēs ꝓ ꝯpoſitiõe huius libri. ſʒ phia loqtur hoc cõpaſſiue. Ille em̄ eſt mens ſtultus q̄ inclinat ſe ad terrena diligendo ipa. ⁊ nõ eleuando intellectũ ſuum ad ſpeculabilia qualis nõ fuit Boeti⁹. Vñ dicit Aug. Tales ſũt hoīes qualia ſũt ea que diligunt. quia dilectio tranſmutat diligentem in ſimilitudinem rei quam diligit. Hec Marquardus.

## Proſa ſcunda primi libri.

Ed medicine inquit potius temp⁹ eſt q̄ q̄rele. B. Tuʒ vo totis in me ītenta lumib⁹. P. Tu es ne ille ait. q̄ nr̃o q̄ndã lacte nutrit⁹. noſtris educat⁹ alimētis in virilis animi robur euaſeras. Atqui talia ꝯtuleram⁹ arma. que niſi pri⁹ abieciſſes inuicta te firmitate tuerent̃ agnoſcis ne me Quid taceſ: pudore an ſtupore ſiluiſti: mallē pudore. ſʒ te vt video ſtupor oppreſſit. B

Ed medicine inqt potius. Hic incipit ſcđa pſa huius pmi in q̄ phia inueſtigat morbũ boetij ex quibuſdã ſignis. ſcđo ꝯſolat̃ ipm ne deſperet. ſcđo ibi. Cunq₃ me nõ. Primo dicit phia. O Boeci ego poſſem multa cõqueri de pturbatiõe mentis tue. ſed nũc potius medicine tpſ eſt q̄ querele. vo ꝓ ſed. tum. i. tunc. mulier illa intenta in me totis luminibus. i. ocul'. ait. es tu ne ille q̄ q̄ndã tpe iuuētutis nutrit⁹ nr̃o lacte. i. facilibus documētis in etate aũt pfecta educatus. i. nutritus. nr̃is alimentis. i. doctrinis difficilioribus. tu euaſeras. i. perueneras. in robur. i. in fortitudinē virilis animi. atqui pcerto. nos ꝯtuleramus tibi arma talia. i. documēta. que niſi prius abieciſſes p obliuionē. ipa tuerent̃ te inuicta firmitate. dicit phia agnoſcis ne me: quid taces: ſiluiſti ne pudore. i. verecũdia. an ſtupore. i. mentis alienatione. ego mallē. i. magis vellem te ſiluiſſe pudore. ſʒ vt ego video ſtupor oppreſſit te. Nota ꝙ phia in deplangendo Boetiũ nõ facit longã morã ne Boetius deſperet ſup infirmitate ſua. ſʒ dicit phia magis eſſe tempus medicine q̄ querele. Itē boni medici eſt totis ocu/

lis diligenter reſpicere faciē infirmi eo ꝙ in facie magis apparēt ſigna pre
noſticatōnis infirmitatis. ideo phīa dꝫ eſſe intuita Boetiū totis luminib⁹
Itē ꝑ arma phīe intelligunť precepta philoſophicalia. que ꝑſuadent mi
nime extolli in ꝓſperis nec depmi in aduerſis. Hortať eñ nos phīa ad ma
gnanimitatē. Magnanimus aūt eſt. qꝛ ꝯtra difformes inſultus fortūe vna

**Cumqꝫ nō modo tacitū ſed elinguē pror-
ſus me mutumqꝫ vidiſſet. admouit pectori
meo leniť manū. P. Et nihil inqͣt ꝑiculi ē.
letargū patitur. cōmunē illuſarū mentium
morbū. Sui pauliſper oblitus eſt. Recor-
dabitur facile ſui ſiquidē nos ante cogno-
uerit. Quod vt poſſit agnoſcere pauliſꝑ lu
mina eius mortaliū rerū nube calligantia**

nimi mentis
ꝯſtantia mili
tat. De hiis
ſilibus prece
ptis phic. bo
eti⁹ oblit⁹ fu
it ꝓpť dolorē
Nota taci
turnitas qñ-
qꝫ ꝓuenit ex
pudore qñqꝫ
eſt ex ſtupore
qñ eñ mani
feſtať alicui
aliqͥd qd vel
let celari ipſe efficiť verecundus. ⁊ oculi ei⁹ depmunť. facies ei⁹ rubet: et
auertiť. et lingua eius in loquendo ligať. Nota ꝙ ſtupor vno mō ē abū
dans āmiratio mētis. vt ibi papa ſtupor mūdi. Alio mō eſt mentis aliena-
tio et ſic accipiť in ꝓpoſito. ⁊ inducit taciturnitatē. ex quo eñ mot⁹ lingue
eſt ſm ꝯformitatē ad fantaſiam. turbata fantaſia ſicut ꝯtingit in alienatōe
mentis. ī̄pediť lingua in loquendo. ergo dicit phīa pudore an ſtupore ſi-
luiſti: et qꝛ taciturnitas ꝓueniens ex ſtupore deterior eſt qꝫ que cauſať ex
pudore. cum ipſa cauſeť ex aliquo defectu interiori. ideo dicit phīa mallet
pudore ſiluiſſes. Nota ſm huguitionē pudor eſt corpis. ſed pudicicia ē
mentis. Eſt aūt pudor verecundia ex aliquo caſu innata nō auferens me-
moriam ſed impediens linguam. Stupor aūt eſt caſus memoriam auferēs
⁊ linguā impediens. et peius eſt tacere ſtupore qꝫ pudore. qꝛ melius ē me-
moriam retinendo nō loqui qꝫ loqui ⁊ memoria carere. Nota phīa dicit
Boetiū habuiſſe nutritū ſuo lacte. ꝑ nutrimētū lactis intelligiť triuiū. ſcꝫ
grāmatica. logica ⁊ rethorica. quib⁹ iuuenes ſunt ſeriatim informādi. tāqꝫ
facilibus documentis. ſicut puer lacte nutrimento molli ⁊ facilis digeſtio
nis nutriť. Sed ꝑ hoc qd dicit virilis aī robur euaſeras. ſ. ad ſciam mathe
maticā ⁊c̄. qua tanqꝫ ꝑ ſciam magis ſubtilē hō ꝑfecte etatis efficiť. No-
ta phīa cōtulit boetio arma nō corpalia ſed ſpūalia. ſicut ſunt virtutes in-
tellectuales quas enumerat ariſto. vi. ethicoꝝ. ⁊ ſunt illa. intellectus. ſapi
entia. ſcīa. ars ⁊ prudentia. Et ſimiliter virtutes cardinales q̄ ſunt quatu-
or. Prudētia. iuſticia. fortitudo. tꝑantia. ⁊ dicunť cardinales. qꝛ quandā
ꝑncipalitatē ſibi vendicāt circa materiā circa quā habent fieri. Illa eñ ar-
ma abiecit Boetius qñ tꝑalibus adheſit. appetitui ſenſitiuo annuēs ⁊ ab
attētione celeſtiū ſequeſtratus. ⁊ de iſtis armis dicit apl's. Abijcite ꝙ ope-
ra tenebraꝝ ⁊ induimini arma lucis ſic vt in die honeſte ambulemus.
¶ Cumqꝫ me nō mō tacitū. Hic phīa ꝯſolať Boe. ne deſperet dī. cū phīa vi

diſſet me nõ modo. i. nõ tm̃ tacitũ. ſed ꝓrſus. i. totaliter elinguẽ. qꝫ ꝑ et mutũ. ipſa admouit. i. appoſuit pectori meo leniter manũ. ⁊ inqt. i. dixit. nihil ꝑiculi eſt circa hunc hoĩem. ipe patit̃ letargũ. i. morbũ obliuiõis. morbum inquã cõem mẽtiũ illuſarꝝ. i. deceptarꝝ. ⁊ ipe paulisp. i. modicũ. ẽ oblit⁹ ſui. ſꝫ facile ſui recordabit̃. ſiquidẽ ꝓ certo. cognouerit nos phĩam. ante. i. p⁹. qꝺ vt ipe poſſit facere. tergamus lumina. i. oculos eius. caligantia nube. id ẽ obſcuritate. rerꝫ mortaliũ. i. tꝑaliũ. hec dixit phia. et

# tergam⁹. B. hec dixit. Oculóſqꝫ meos fletibus inundantes contracta in rugam veſte ſiccauit.

## Metrũ tertiũ primi libri.

t Unc me diſcuſſa liqrũt nocte tenebre
Luminibúſqꝫ prior rediJt vigor.

veſte ſua. ꝯtracta. i. ꝯuoluta ĩ rugã ſiccauit oculos meos fletib⁹ vndantes. i. hũectãtes. Nota q̄ tacit⁹ ẽ ille q̃ nõ loq̇t̃ lꝫ hẽat ptãtẽ lingue ad loq̇ndũ. ſꝫ elinguis vel mut⁹ dr̃ ille q̃ nõ ſolũ nõ loq̇t̃. ſꝫ non hꝫ ptãtẽ lingue ad loquẽdũ. ⁊ talis fuit Boe. ꝓpter ſtuporẽ. i. mentis alienationẽ. Nota q̄ phia innuens ſe eẽ bonã medicã cõſolat̃ Boetiũ di. Nihil ꝑiculi eſt ĩ hoĩe iſto qꝛ ſm Señ. in li. de clementia ad Neronẽ. Mali medici eſt deſperare ne curet eger. Nota q̄ letargia eſt infirmitas cauſata ex opp̃ſſiõe cerebri cũ obliuiõe ⁊ iungit̃ ꝯtinuo ſomno. ⁊ ſic letargus eſt morbus inducẽs obliuionẽ ⁊ ſomnũ. inde letargic⁹ ⁊ ẽ hõ q̃ patit̃ talẽ morbũ ⁊ dr̃ a letes qꝺ interp̃tat̃ obliuio. ẽt letes ẽ fluui⁹ ĩfernal̃. Boeti⁹ ꝰ patiebat̃ letargũ. i. morbũ obliuiõis. qꝛ ſi ꝑcepta phie ĩ memoria hũiſſet nunqꝫ de amiſſiõe rerũ tẽporaliũ doluiſſet. Itẽ dicit letargũ eẽ morbũ illuſarũ mentiũ. qꝛ mẽs illuſa ẽ vbi rõ eſt ligata ꝓpter defectũ fantaſie. ſic̃ in freneticis vl̃ ꝓpt̃ defectũ memorie ſic̃ in letargicis. Notãdũ hõ cõponit̃ ex aĩa ĩmortali ⁊ corpe mortali. ſꝫ qꝛ Boe. oblitus fuit bonorꝫ aĩe. iõ dr̃ fuiſſe ſui oblitus nõ totalit̃ ſed paulisp. qꝛ adhuc curã habuit de bonis terrenis q̃ reſpiciũt corpus. Itẽ hõ ꝑ phiam hꝫ ſuipſius ꝑfectam cognitionẽ. ad cognoſcendũ aũt illud qꝺ ꝑ phiam cognoſcit̃. oportet ꝑ phiam cognoſcere. iõ dicit phia recordabit̃ ſui facile. ſi nos prius cognouerit. Item ꝑ veſtes phie in rugã ꝯtractas intelligunt̃ p̃cepta phicalia in vnũ volumen cõgregata. ſicut ĩ illo libro q̃bus ipa phia boetiũ ꝯſolat̃. Nota q̄ ad medicũ infirmũ curare volẽtẽ plures req̇runt̃ ꝯditiões. Priõ vt q̃litates ⁊ ꝯditiões reſpiciat. ⁊ vt hũores nocẽtes cognoſcat. Scđo ad loq̇ndũ eũ moueat. Tercio ſi ꝑ valida egritudine obmuteſcat vt manũ corꝑi infirmi adhibeat. Quarto vt eũ ꝟbis ꝯſolatorijs reficiat. ſic phia vidẽs dolores Boe. ꝑ eũ inſpexit. ſcđo ad loq̇ndũ mouit. tercio manũ ſuã corꝑi appoſuit. et quarto ꝟbis ꝯſolatorijs refecit.

Unc me diſcuſſa liquerũt. Hic incipit tercũ metrũ hui⁹ p̃mi li. cui⁹ p̃mus verſus vocat̃ metrũ dactilicũ exametrũ. ſcđs dr̃ metrũ alemanicũ ab inuẽtore. tetrametrũ a nũero pedũ. dactilicũ a pede p̃dñante. ⁊ catalecticũ. qꝛ nll'a ſyllaba abundat nec deficit. In h̃ metro Boe. declarat q̃liter q̃dã ſil'e quõ remotis ĩpedimẽtis vigorẽ cognitõis recuꝑauit. ⁊ ẽ tal' ſilitudo

Sicut choro flante nubes generant̃. ⁊ ꝑ interpoſitionẽ nubium ſol et alia aſtra nobis occultant̃. ſic aduerſitate imminente hõ efficit̃ diuerſis paſſioni bus oſcurantibus intellectũ. ⁊ ſicut auſtro flante diſſoluũt̃. ⁊ radij ſolares reuertunt̃. ſic aduerſitate adueniẽte ꝯſolatiõe phĩca paſſiones ſedant̃. et intellectus illuminat̃. Dicit ḡ lr̃a. Tunc cum phĩa terſit oculos meos te-

# Ut cuȝ precipiti glomerant̃ ſydera choro
# Nimboſiſqȝ polus ſtetit imbrib⁹.
# Sol latet. ac nondũ celo venientib⁹ aſtris
# Deſuper in terram nox funditur.
# Hanc ſi traicio boreas emiſſus ab antro
# Verberet. ⁊ clauſum reſeret diem
# Emicat. ⁊ ſubito vibrat⁹ lumine phebus
# Mirantes oculos radijs ferit

nebre lique-rũt me diſcuſſa nocte. i. ob ſcuritãte. ⁊ ꝓ-or vigor co-gnitionis re diijt lumini-bus meis. id eſt oculis. vt ꝑ ſicut. ſol la tet. i. occulta tur. cuȝ. i. qñ ſydera. i. ſtel le. glomeran tur. i. inuol-uantur̃. precipiti choro. i. tali vẽto. ⁊ polus. i. celũ. ſtetit. i. ſtare videt̃. nim boſis imbribus. i. pluuijs nubiloſis. ac ꝑ etiã. nox. i. obſcuritas. fundit̃ de ſup. i. de nubibus in terrã. nõdũ. i. nõ adhuc. aſtris. i. ſtellis. venientibus. i. apparentibus in celo. Si boreas emiſſus ab traicio antro. i. traicie regio nis. verberet. i. depellet. hanc noctem. i. obſcuritatẽ. ⁊ reſeret clauſum diẽ. tunc phebus. i. ſol. emicat. i. lucet. ⁊ vibratus. i. fortificatus. lumĩe ſuo. fe-rit. i. ꝑcutit. oculos hoim. mirãtes ſubito lumĩe ſolis poſt tenebras. Nota phĩa trahit hoiem ab obſcuritate ignorãtie ad lucẽ ſapĩe. ex lib. de po-mo Ariſt. ⁊ etiã ꝑ metriſtã. Ars hoiem format nec ſinit eẽ malũ. Et ḡ cũ phĩa ſiccaſſet oculos Boetij. fugatis tenebris ignorantie rediijt vigor intelligẽ tie. Nota quatuor ſunt venti ꝑ̃ncipales. q̃ flant a quatuor ptib⁹ mundi. ſ. ab oriente. occidente. ſeptẽtrione. et meridie. quoꝝ quilibet hȝ duos col laterales. ⁊ ſic ſunt. xij. venti q̃ his verſib⁹ ꝯtinent̃. Flãt ſubſolan⁹ vultur nus ⁊ eurus ab ortu. Atqȝ die medio. nothus heret affricus auſtro. Circi-nus occaſum zephiruſqȝ fauoneus afflant. Sed veniũt aq̃lo boreas ⁊ cho rus ab arcto. Chorus ḡ ẽ ventus q̃ flante generant̃ nubes ⁊ ꝯglomerant̃ ſydera. ſic ꝙ ꝑ nubes occultant̃. Nota ꝙ polus ẽ ſtella q̃ ſꝑ in eodẽ lo-co vĩ. ſꝫ hĩ polus ponit̃ ꝓ firmamẽto. tanq̃ ps ꝓ toto ꝑ ſynodochen. No-ta ꝙ polus. i. celum. dr̃ ſtare qñ eſt obductũ nimboſis imbrib⁹. non ꝙ ſtet ſꝫ qr̃ mot⁹ ei⁹ tũc nobis nõ apparet. motũ eñi celi nõ ꝑcipim⁹ niſi ꝑ motum alicui⁹ ſtelle. cũ aũt celũ ẽ cooptũ obſcuris nubib⁹ nulla ſtella videri pt.

Nota ſm Hug. Nimb⁹ ẽ nubiũ denſitas ex intẽpeſtate orta. ⁊ ſic dic̃ Bo eti⁹ hĩ nimboſis imbrib⁹. i. denſis pluuijs. ⁊ ẽ rõ. qr̃ tenuis imber nõ impe-dit aſpectũ aſtroꝝ. Nota ꝙ boreas dr̃ flare ab antro traicio. qr̃ forte r̃gio traicie eſt cauernoſa de cuius cauernis exit vẽt⁹ generat⁹ ex vaporib⁹ ſiccl̃ in terra. Nota poſtq̃ phĩa terſit oculos boe. ⁊ eoſdẽ a fletu lachrimarũ cõpeſcuit reſtitutus fuit priſtino vigori. vñ oculi ipius boetij vt ratio ⁊ in

tellectus obfuſcati erãt tenebris ignorãtie cũ iſtis tpalibus adheſit ꝓpter
amiſſionẽ rex tpaliũ. diuerſis fuit ſubiectus paſſionib⁹. ſ; phia oculox cali
ginẽ abiecit cũ ipſius intellectũ illuminauit. tenebras ignorantie fugãdo ⁊
lumine ſpirituali vt ſcientia illuminando.

## Proſa tercia primi libri.

Haud aliter triſticie nebulis diſſo-
lutis: hauſi celum. ⁊ ad cognoſcen-
dam medicãtis faciem mentẽ rece-
pi. Itaq; vbi in eã deduxi oculos ītuitũq;
defixi. reſpicio nutricẽ meã: in cui⁹ ab ado
phia: verone. i. apud veronã ciuitatem cũ rex Theodoꝛicus. auidus exiſtens cõis exitij. id eſt tormenti. ſenatoꝛũ. cũ ipſe crimẽ leſe maieſtatis delatũ in Albinũ. ipſe rex moliretur. i. laboraret. trãſferre illõ crimen ad totũ ſenatum q̃nta ſecuritate. id eſt tutela. mei ꝑiculi defenderim. id eſt liberauerim. innocentiam vniuerſi ſenatus. id eſt totius cõſulatus. O philoſophia tu ſcis me ꝓferre. i. loqui. vera ⁊ nunq̃ꝫ me iactaſſe in vlla mei laude. eñ ꝓ quia. minuit quodãmodo ſecretum ꝯſcientie. ꝓbantis. i. laudantis ſe. quotiens quis oſtentando. i. manifeſtando factum recipit. precium fame. i. mercedẽ laudis ab hominibus. Sꝫ tu phia vides q̇s euent⁹ excepit. i. liberauerit noſtram innocentiaꝫ. nos ſubimus. i. ſuſtinem⁹. penas falſi ſceleris. i. falſe nobis impoſiti pro pꝛemijs vere virtutis. Nota ſcḋm Senecã dolor duplicat̃ cũ ab eo a quo bonũ merueras malũ venit. cũ igit̃ Boetius omnem beniuolentiã exhibuerit ſenatoꝛibus grauius doluit de ſua offenſione. Nota in ciuitate verona cum albinus eſſet accuſatus de graui crimine ita vt diceret̃ reus leſe maieſtatis. illud crimen rex theodoricus voluit transferre ad totum ſenatum ⁊ ipſum damnare. Sed Boeti⁹ exponens ſe ꝑiculis ſenatum liberauit. Item nota ꝙ ſecretũ ꝯſcientie eſt virtus que minuit̃ cum aliquis virtuoſe opat̃ iactando ſe vt ꝯſequat̃ famã ⁊ laudẽ ppli. Vñ Seneca. ꝯſciam potius q̃ꝫ famam attende. Et dic̃ macrobius. Sapiens gloꝛiam ſuam in ꝯſciẽtia ponit ſtultus aũt in laude humana. vnde dicit Yſido. qui aliquid boni a deo largitũ in laudẽ ſuã cõuertit: procuidubio virtutem in vicium tranſire facit.

¶ Et cui⁹ vnq̃ꝫ facinoꝛis. Hic Boe. oñdit ſe ꝑturbatuꝫ ex iudicũ ſeueritate

et inflexibilitate dī. Cuius vnq̄ꝫ facinoris .i. peccati. manifeſta ꝯfeſſio. id ē
cuius vnq̄ꝫ hoīs pctm̄ manifeſtū hūit iudices ita ꝯcordes in ſeueritate. vt
nō aliquos eoꝝ vel ipē error hūani ingenij. ſubmitteret .i. flecteret ad miſe
ricordiā. vel ꝯditio fortune .i. euentus fortuitus exn̄s incerta cūctis mor/
talibus ſup. hoīb⁹ ſupple ſubmitteret aliq̄s eoꝝ. Si diceremur voluiſſe in

vel ipſe ingenij error humani: vel fortune
conditio cunctis mortalibus incerta ſub-
mitteret. Si inflamare ſacras edes voluiſ
ſem: ſi ſacerdotes impio iugulare gladio ſi
bonis omnibus necez struxiſſe diceremur
pn̄tem tn̄ ſententia ꝯfeſſum: cōuictū me pu
niſſet. Nunc vo quingentis fere paſſuum
milibus ꝓcul moti atq̄ꝫ indefenſi ob ſtudi-
um ꝓpenſius in ſenatum morti ꝓſcriptio-
neq̄ꝫ damnamur. O meritos de ſimili cri-
mine neminē poſſe ꝯuinci: cuius dignitatē
reatus ipſi etiam qui detulere viderunt.

flāmare .i. incēdere. ſacꝰ edes .i. eccleſias. ⁊ ſi nos dicēmur ſtruxiſſe .i. procuraſſe necē. id eſt mortē bonis oīb⁹. ⁊ ſi diceremur iugulare .i. punire ſacerdotes īpio gladio. tn̄ ꝓ ſed ſnīa .i. iudicium. dānaſſet te pn̄tez ꝯuictū ⁊ ꝯfeſſūz crimīe. ſ nos ꝓcul moti .i.
abſentes q̄ngentis milibus paſſuū ⁊ indefenſi ob ꝓpenſius ſtudiū .i. ꝓpter
ſtudiū inteſius. nos dānamur .i. adiudicamur in ſenatū morti. q̄ꝫ ꝓ ⁊ ꝓſcri
ptiōi. Et tūc exclamat dicēs. O meritos .i. dignos vel btōs. iudicio nemi/
nē poſſe ꝯuinci de ſili crimine: ſīc nec ego iuſte cōuictus ſum. cui⁹ reat⁹ .i.
criminis. dignitatē .i. īnocētiā. ipī etiā viderūt .i. cognouerūt. q̄ detulere .i. ac/
cuſauerūt me. Nota q̄ iudices q̄nq̄ꝫ mouent̄ ad miām duplici ð cā. Pri
mo mō ꝓpter errorē hūani ingenij. qꝛ humanū ingeniū ſepe fallit̄ in iudi/
cio qꝛ ignorat vtrū aliq̄ñ iuſte de re ſentiat vel nō ⁊ timens deū ne iniuſte
iudicet monet̄ ad miſcðiam ꝑcendo reo. Scðo iudices mouent̄ ad miſeri
cordiam ꝓpter euentū fortune q̄ incertus eſt hoīb⁹. qð em̄ iudex ī alio dā
nat ſibi facile ꝑ fortunam euenit. ⁊ illud debet recordari. ſ nulla. illaꝝ cau
ſarū mouit iudices ad miſerādū Boetio ſed ꝯcorditer ipm̄ dānabāt. No
ta q̄ nullus debet dānari etiā ꝓ crimine q̄ñtūcūq̄ꝫ enormi niſi ſit pn̄s cō/
uictus vel crimen in iudicio cōfeſſus. Boetius aūt cum dānaret̄ nō erat
cōuictus nec crimen ꝯfeſſus ⁊ erat abſens. quia in ſtudio athenienſi: ergo
iniuſte erat damnatus. Nota q̄ Boetius cum damnaret̄ diſtabat a lo/
co iudicij q̄ngētis milib⁹ paſſuū. ⁊ cū mille paſſus faciūt vnū miliare. ið bñ
diſtabat ad q̄ngenta miliaria. Nota Boe. dānat⁹ fuit ꝓſcptiōi. Hug. dīc
ꝓſcptio ē iudicialis ſnīa lata ꝯ aliquē cui⁹ nomē ꝑ ſcelere de ſcptura tabl'e
enee delebat̄: Cōſuetū ið em̄ romana fuit q̄ nomīa ſenatoꝝ q̄ꝝ ꝯſilio vrbs
romana regebat̄ aureis literis in tabula enea ſcriberētur. vnde et patres

proſcriptioni. proſcribere duo ſignificat: aliqn res nō animatas per ſcripturam [illegible]
ſignificare; vn proſcripſit edes ſuas quidam inſcripſit venales et per titulum appoſitum
ſignificare; vel procul a ſe facit: dico nō animatas; q̄ꝛ animata nō dicuntur ꝓſcribi. ſed ꝓduci quia [illegible]
[illegible] ꝓducuntur enim ad mercatum. Secundo modo ꝓſcribere eſt ꝑ ſcripturam relegare. [illegible]
[illegible] exulem et ꝓſcriptum intereſſe videtur q̄ exul in exilio vbi exulat tutus eſt
[illegible] autem nequaquam ſed vbicumque deprehendatur viuus aut mortuus ſenatui [illegible]
[illegible] adducendus. [illegible] proſcribitur qui talis ſententia in eum in publico loco ſcri[illegible]
[illegible] ergo ꝓſcriptus de ſcriptura [illegible] ad ſe per ſcripturam denunciatus [illegible]
[illegible] relegatus [illegible]

conſcripti dicebant̃. Et dicit̃ pſcriptus quaſi pcul a ſcriptura poſitus. Et ſic Boe. erat pſcriptus qr nomẽ ſuũ deletũ fuit de tabula enea.

Quã vti alicuius ſceleris. Hic Boetius expurgat ſe de q̇buſdã obiectiſ ſcḋo oñdit vñ ſumpta fuit ratõ obiectionis. ſcḋa ibi. Sed o nephas. Nota boetio obijciebat̃ q̄ ipſe vſus arte nigromãtica ſactificaret demonibus

Quã vti alicuius ſceleris admixtione fuſcarent; ob ambitũ dignitatis ſacrilegio me ↄſcientiã meã polluiſſe mẽtiti ſunt. At qui et tu inſita nobis omnẽ rerũ mortaliũ cupidinẽ de noſtri aĩ ſede pellebas. et ſub tuis oculis ſacrilegio phas locũ eẽ ñ erat. Inſtillabas eñ auribus cogitatiõibuſq̄ q̇tidie meis pitagoricũ illõ i Enyoy hcnon. i. deo nõ dijs ſeruiendũ. nec ↄueniebat viliſſimoꝝ me ſpũum pſidia captare. quẽ tu i hanc excellentiã cõponebas: vt ↄſilẽ deo faceres. Preterea penetral inocẽs dom⁹ honeſtiſſimoꝝ cetus amicoꝝ ſocer ſimmachus etiã ſanctus. ꝛ eque actu ipo reuerẽ-

p dignitatibus acq̇rendis. de h Boetius excuſat ſe di. Quam ſup. meã dignitatẽ. vti pro vt. fuſcarẽt. i. denigrent. admixtione alicuius ſceleris mentiti ſunt meã polluiſſe ↄſcientiã ſacrilegio. i. demonũ obſequio ob ambitum i. pp̄ter cupiditatẽ dignitatis acq̇rende; atq̄ p certe. tu iſita. i. inſerta. nobis pellebas de ſede. i. de loco omnẽ cupidinẽ. i. omnẽ cupiditatẽ rerũ mortaliũ. ꝛ ſub tuis oculis nõ erat phas eẽ locũ ſacrilegio. i. cultui demonũ. q̄ p et. tu inſtillabas auribus. q̄ p et cogitatiõib⁹ meis illud pitagoricũ deo nõ dijs ſeruiendũ. nec ↄueniebat me captare. i. optare pſidia i. auxilia. viliſſimoꝝ ſpũuz. i. demonũ. quem tu ↄponebas. i. locabas. i hãc excellentiã vt ↄſilem deo faceres. pterea innocens penetral. i. vxor domus mee. cetus. i. multitudo honeſtiſſimoꝝ amicoꝝ. Et ſocer ſimachus ſanctus ꝛ eq̄ reuerendus ipſo actu defendunt nos ab oĩ ſuſpicione hmõi criminis.

Nota q̄ ↄſuetudo inuidoꝝ eſt cũ nõ pñt alicui ſuam pbitatẽ auferre ſal tunc̃ ipam ſaltem aliquo vicio denigrare. et ſic fama Boetij denigrata fuit vicio ſacrilegij. Nota q̄ ſacrilegiũ eſt ſacre rei furtũ. ꝛ ponit̃ ſacrileg⁹ p hoĩe ſcelerato. etiã ſacrilegiũ eſt cultura demonũ ſiue ydoloꝝ. Inde ſacrilegus. i. ydolator et ſic capit̃ in pͦpoſito. Nota q̄ ambitus media producta eſt cupiditas honoris. Sed ambitus media correpta eſt circuitus ꝛ pͥmo capit̃ hic. Nota q̄ phia repellit oẽm cupiditatẽ honoꝝ exterioꝝ qḋ ſcribit̃ in primo li. de plantis. q̄ phia tria inducit. ſ. mẽtis illuſtrationẽ. felicitatis appetitũ ꝛ mollis affluentie ↄtemptũ. Nota phia facit hoĩem ſi

milē deo. nō ſilitudine oīmoda ſ; pticipatiua. ita ꝙ hō pticipat aliq̄d cōdi/
tionis diuine. ſ. intelligētie. Vñ Sen. Hoc mihi phia pmittit ꝙ me parem
deo reddit. ⁊ alibi dicit. Vir ſpeculatiuꝰ ē q̄ſi deus ī hūano corpore hoſpi/
tatus. Nota ſacrilegiū nō hꝫ locū ſub oculis pſie. qꝛ phia p ſe oīa agen
da ⁊ facienda ordinatiſſime diſponit ⁊ nō pmittit hoīem ad vana declina/
re. qꝛ dicͭ tul/
lius in li. de
finibꝰ bono
rū ⁊ malorū.
phia a ſupſti
tiōe liberat:
metu mortis
nō ɔturbat.
⁊ eſt ſupſtitō
vana religio
ſ. ydoloꝝ cul
tura. Nota
penetrāl ē ſe
creta camera
vel locus ſe/
cretus interior in domo vel in tēplo. vbi reponūtͭ clinodia vel aliq̄ talia ⁊
ponitͭ h̄ p vxore boetij p metaphorā ponēdo ɔtinēs p ɔtēto qꝛ ipſa ɔſueuit
morari ī penetrali. Nota ꝙ ſimachus fuit quidā nobilis romanꝰ ⁊ ſocer
boe. cuius filiam Boetiꝰ duxerat noīe Elpe. q̄ ſimachus nō fuit tm̄ ſanctꝰ
interiꝰ in affectu: etiā reuerendꝰ in exteriori actu: ſicut dicit boetius.

dus: ab oī nos criminis huiꝰ ſuſpiciōe defē
dūt. Sꝫ o nephas. illi vo de te tāti crimi
nis capiūt fidē: atq; h̄ ipſo videbimur affi-
nes fuiſſe maleficio: qꝛ tuis inſtituti mori-
bꝰ imbuti diſciplinis ſumus. Ita nō eſt ſa
tis nihil mihi pfuiſſe tuā reuerentiaꝫ. niſi
vltro tu potius mea offenſione lacereris.
At vo hic etiā nr̄is malis cumulus acce

¶ Sed o nephas. Hic Boetius oſtendit vnde fuerit ratio ſumpta obiecti
criminis. qꝛ ex ipſa phia cui deditus erat. Unde dicit eclamando. O ne/
phas illi ſup. mali capiſit fidem tanti criminis de te o phia. atq; hoc. i. ꝓpē
hoc videbimur fuiſſe affines maleficio ſacrilegij. quia nos ſumus imbuti:
id eſt inſtructi: tuis diſciplinis. id eſt doctrinis. et ſumus inſtituti. id eſt in
formati tuis moribus. ita non eſt ſatis tuam reuerentiam nihil mihi pro/
fuiſſe. niſi vltro. i. ſponte. tu potius lacereris ab illis mea offenſione. h̄ di/
cit Boetius p tanto. qꝛ iniuriati ſunt ſibi ꝓpter phiam. iō magis iniuriati
ſunt philoſophie q̄ ſibi. Nota quando Boetius vacabat ſtudio. fugie/
bat conſortia ſtultorum ⁊ querebat ſecreta loca ꝓpter ſtudiū. ideo putabāt
ipm loqui cum demonibus ⁊ eis ſacrificare. Itē quia Boetius fere om
nia que volebat facere ſua ſapientia faciebat: ideo putabant eum demonē
habere familiarē ſibi obſequentem ſicut Apulegius ɔpinatus eſt de So
crate ꝙ hr̄et familiarē deū de q̄ fecit librū quē intitulauit de deo ſocratis.
¶ At vo hic etiam. Hic Boetius oſtendit ſe eſſe pturbatum ex fame ſue le
ſione dicens. hic cumulus. i. augmentatio. accedit noſtris malis ꝙ exiſti/
matio. i. iudicium plurimorum. i. vulgarium. non ſpectat. i. nō reſpicit. me/
rita rerū ſicut homo meretur. ſed ſpectat euentū fortune. id eſt iudicat ho/
minem ſm ꝙ fortuna ſe habet circa ipm. ⁊ ea tm̄ iudicat vulgus eſſe pro/
uiſa a deo que commendauerit felicitas. id eſt pſpera fortuna. quo fit. id ē
ex quo ſequitͭ. vt exiſtimatio bona deſerat infelices. vnde me piget. i. tedet

# Liber I Proſa IIII

reminiſci qui nunc ſint rumores populi de me. ꝛ ꝙ multiplices. ꝙ pro ꝛ diſſone. id eſt diſcordantes ſententie ſint de me. Nam quidam dicunt me reū eſſe quidam non. Hoc tm̄ dixerim. i. volui dixiſſe. vltimam eſſe ſarcinaꝫ. id eſt grauiſſimum pondus. aduerſe fortune. ꝙ dum aliquod crimen affigit. id eſt imponitur. miſeris. id eſt infelicibus. ipſi creduntur meruiſſe supple illa q̄ ipſi miſeri pferunt. id eſt patiuntur. ꝛ ego bonis omnib⁹ pulſus. quia in exilium relegatus. ꝛ exutus dignitatibus. q꞉ dānatione proſcriptus. ꝛ fedatus. id eſt macular⁹ exiſtimatione. ego qui pri⁹ virture boneſtus reputabar. nunc ſcelere d̄formis reputor. ꝛ tuli. id eſt recepi ſupplicium. id eſt penam. ob beneficium. id eſt propter beneficium.

dit: ꝙ eſtimatio plurimoꝝ nō reꝝ merita: ſ; fortune ſpectat cuētū. eaqꝫ tantū iudicat eē puiſa. q̄ felicitas cōmēdauerit. Quo fit. vt exiſtimatio bona prīa oīm deſerat īfelices. Qui nunc populi rumores ꝙ diſſone multipliceſqꝫ ſentētie: piget reminiſci hoc tantum dixerim ego vltimam eſſe aduerſe fortune ſarcinaꝫ. ꝙ dum miſeris aliquod crimen affigitur: que perferunt meruiſſe creduntur. Et ego ſiquidēꝫ bonis oībus pulſus dignitatibus exutus. exiſtimatōe fedatus. ob beneficiū tuli ſupplicium. Videre autem videor nephariaſ ſceleratorum

Nota ꝙ vulgares non iudicant ſcōm merita rerum. vtrum homo mereatur aliquid vel non. ſed iudicant ſcōm euentū fortune. Unde hominē bene fortunatum iudicant felicem. male fortunatum iudicant miſerum: ſed tale iudicium falſum eſt. Unde dicit Seneca. xlv. epiſtola. Non felicē hūc eſtimes: quem vulgus appellat felicem. ad quem pecunia confluxit. ſed illum cui omne bonum in animo eſt erectum et extenſum. Itēꝫ bona eſtimatio deſerit infelices. quia primum malum quod infelices incurrunt eſt: ꝙ vulgus male de ipſis opinatur. credit enim vulgus ea que miſeri patiunt̄ ꝙ ex merito talia patiant̄.

¶ Videre autem videor. Hic Boetius oſtendit ſe eſſe pturbatum ex his q̄ vidit in mundo generaliter. ſcilicet bonos deprimi et malos extolli dicēs. Ego videor videre. i. cognoſcere. nepharias officinas. id eſt malas ſocietates ſceleratorum hominum: ſtrepitantes gaudio. ꝙ pro et leticia. ꝛ quemqꝫ perditiſſimum. id eſt peſſimum. imminentēꝫ. id eſt inſiſtentē. nouis fraudibus delationum. id eſt accuſationum. ꝛ video bonos iacere proſtratos. id eſt depreſſos. terrore noſtri diſcriminis. et etiam video quemqꝫ flagitioſum. id eſt prauum hominem. incitari ad audiendum. i. ad pſumēdū. facinus. i. peccatū. impunitate. i. ſine pena. Non ꝓ ſed: incitari premijs ad effi-

ciendū.i.ad ꝑpetrādū. facinus.i.pctm̄.aūt ꝑ ſ₃. ego video inſontes.i.īno cētes nō mō.i.nō tm̄.ꝑuatos ſecuritate verū etiā defenſiōe.itaqꝫ ꝑ ergo.libet.i.placet mihi exclamare ad deū celi. quare talia ꝑmittat ī mūdo. vt mali exaltent̄ ⁊ boni deꝑmant̄. Nota ꝙ boetio q̄ erat turbate mentis ⁊ in ſtatu miſerie videbat̄ ꝙ mali in hoc mūdo eſſent potentes ⁊ viuerēt impuniti. boni autem impotētes et viuerent irremunerati. ſ₃ philoſophia ī q̄rto huius ip̄ꝫ ↄſolando. ꝓbat malos ſp̄ eē impotētes ⁊ bonos eſſe potentes. et malis nunq̄ₒ deeſſe ſupplicia ſua et bonis nūq̄ₒ ſua ꝓmia. Nota ꝙ officine dicūt̄ dom⁹ officialiū vbi reponunt̄ ea q̄ ad ip̄os ſpectāt. ⁊ ad eorū officia. ſic̄ ſunt cellaria ⁊ granaria et alia hmōi. Hic aūt accipiunt̄ officine ꝓ ↄgregatione maloꝝ ⁊ dicunt̄ ab officio officis quod eſt noceo noces.

cathedra regis

rum officinas. gaudio leticiaqꝫ fluitanteſ. perditiſſimū quemqꝫ nouis delationū fraudibus imminentez iacere bonos nr̄os in discriminis terrore ꝓſtratos. flagitioſū quēqꝫ ad audiēdū q̄dē facin⁹ impūitate. ad efficiēdū vo ꝓmijs incitari. inſontes aūt nō modo ſecuritate verum ipſa etiam defenſiōe priuatos. Itaqꝫ libet exclamare ad deum celi.

## Metrum quintum primi libri.

Stelliferi ↄditor orbis
o Qui perpetuo nexus ſolio
Rapido celum turbine verſas
Legemqꝫ pati ſidera cogis

o Stelliferi conditor orbis. Hic incipit quintum metrum huius primi quod dicitur pindaricum ab inuentore. anapeſticuꝫ a pede predominante. Eſt autem anapeſtus pes contrarius dactilo conſtans ex primis duabus breuibus ⁊ tercia longa ſyllaba. et eſt metrum acathalecticum.i.ſine defectu. In hoc aūt metro Boetius exclamat contra prouidentiaꝫ diuinā admirans ꝙ omnia regant̄ a deo preter actus humanos. licet hoc falſum ſit: tamen Boetio ſic videbat̄ ſ₃m ſtatum turbatum. Et diuidit̄. Primo cōmēdat diuinā ꝓuidentiā ex gubernatiōe celeſtiū ⁊ terreſtriū. ſecūdo tangit actus hūanos non regi a deo. tercio rogat deū vt regat actus hoīm. ſecunda ibi. Omnia certo. tercia ibi. quiſquis reruꝫ. Prima diuidit̄. primo cōmēdat regimen diuine ꝓuidentie circa celeſtia. ſcdo magis circa terreſtria. ibi. Tua vis varium tpēt. Primo dicit. O cōditor.i.creator orbis ſtelliferi.i.ferentis ſtellas. qui nexus.i.adiunctus ꝑpetuo ſolio.i.eterne ſedi. verſas.i.frequenter vertis celū. rapido turbine.i. veloci motu ⁊ cogis ſydera pati legem.i.debitū ordinē. vt ip̄a luna nunc.i.aliq̄n lucida. pleno cornu:

ſic in plenilunio obnia.i.oppoſita.totis flāmis.i. lumībus.fratris.i.ſolis ipa luna cōdat.i.abſcondat. minores ſtellas:q in plenilunio nō videntur ꝓpter maius lumen.et tu cogis nūc.i.aliqn̄:vt ipa luna exiſtēs pallida obſcuro cornu ipa exiſtens ꝓpior phebo.i.ſoli.ꝑdat.i.amittit.lumia.i.lucē. q.d.tu facis vt luna quāto magis recedit a ſole:tāto magis illumiat̄:⁊ lumine ſuo obſcurat minores ſtellas.⁊ q̄nto magꝭ appropinqt ſoli:tāto plꝰ obſcurat̄.et tu cogis vt heſperꝰ.i.ſtella veſptīa.q agit algentes.i.frigidos ortꝰ.tpe noctꝭ.i.ī crepuſculo:qđ eſt prima pars noctis ſequēdo ſolē. Iſte heſperꝰ de mane lucifer dictus pallens ī ortu phebi

Ut nunc pleno lucida cornu.
Totis fratris obuia flāmis
Condat ſtellas luna minores
Nunc obſcuro pallida cornu.
Phebo ꝓpior lumina ꝑdat
Et qui prime tpe noctis
Agit algentes heſperus ortus
Solitas iterū mutat habenas
Phebi pallens lucifer ortu
Tu frondifl(ue) frigore bruine
Stringis lucem breuiore mora
Tu cū feruida venerit eſtas
Agiles noctis diuidis horas

iterū mutat ſolitas habenas.i.ſolitos curſus.nam cū de veſꝑe ſeqtur ſolē de mane ꝑcedit ipm.⁊ tu ſtringis.i.coartas.lucē.i.diem.breuiore mora tēpore bruine.i.hyemis.frondiflue.i.facientis frondes fluere.et cum feruida eſtas venerit:tunc tu diuidis.i.diſtinguis.agiles horas.i.breues horas noctis.q.d.tu facis ꝙ tpe hyemali noctes ſunt ꝓlixiores diebꝰ:in tpe eſtiuali ecōuerſo. Notandū ꝙ deꝰ dr̄ cōditor ſtelliferi orbis.quia ab ipo dependet celū ⁊ tota natura ex.xij. Metaphiſ.⁊ dr̄ reſidere in perpetuo ſolio.quia in celo:qđ eſt perpetuū. Nam celū eſt locꝰ deorū ⁊ ſpirituū.⁊ oēs barbari ⁊ greci ⁊ quicūq putāt deos eſſe:eū locū qui ſurſum eſt deo attribuūt tanq īmortale īmortali coaptātes:ꝓ celi ⁊ mūdi. Et dr̄ vertere celū rapido turbine.motꝰ eni firmamēti dr̄ rapidꝰ.qr ſuo motu rapit ſecū alias ſperas. Ubi nota verſo eſt verbū frequētatiuū:⁊ ſignificat frequēter vertere.⁊ in hoc innuit̄ ꝙ celū ſemꝑ mouet̄ et nō ceſſabit.q̄a dicit cōmētator:nō eſt timendū ꝙ celū ſtet. Et rō.quia mouēs celū mouet ſine fatigatōe ⁊ ſine pena.xij.Methaphiſ. Itē deus eſt nexus perpetuo ſolio.i.ꝯiūctꝰ perpetuo celo. Ubi deus triplr̄ eſt in vniuerſo.ſ.eſſentialr̄ ſeu p̄ſentialr̄. ſacramētaliter ſeu myſterialiter.⁊ miſericorditer. Eſſentialiter ſeu p̄ſentialr̄ in ſua vera claritate in qua ipm homo nunq vidit:ſicut dicit ꝓpheta. Deū nemo vidit vnq:ſicut ipe eſt in perpetuo ſolio. Sacramētaliter ſeu myſterialiter

deus eſt in ſacramēto eucharistie qđ rata fide credim⁹. Sed miſericordia a-
liter deus eſt vbiqꝫ: ſm ꝙ dicit ſcriptura. Miſericordia dñi plena eſt terra.
Et inde ꝓuenit dictū cōe ſm ꝙ dicit ſcriptura: deus eſt vbiqꝫ. Nota ſm
Hugu. ꝙ ſoliū eſt ſedes regalis ex ſolidis lignis facta: dicta a ſoliditate
.i. a firmitate. Nota ꝙ deus cogit ſydera pati legem: nō violēta nec coa
cta motōe. qꝛ nullum violētuꝫ perpetuuꝫ. ſꝫ cogit ea voluntaria ordinatiōe obſer

**Tua vis variū tempat annum**
**Ut quas boree ſpūs aufert.**

uare legē .i. determinatū motū: vt tpe eis ſtatuto orlant̄ ⁊ occidant. Nota ꝙ luna de ſe eſt corpus opacū recipiēs lumē a ſole: ⁊ in ea pte que ē verſus ſolē illuminat̄. cuꝫ aūt directe oppoſito ſit ſoli ſicut in plenilunio: tūc lumine ſuo obſcurat minores ſtellas: eo ꝙ maius lumen obfuſcat minus. Sed cum luna eſt in iſta pte celi in q̄ eſt ſol ſicut cōtingit in cōiunctiōe: tūc ſupior ps que ē verſus ſolē eſt illuīata: et inferior ps q̄ eſt verſus nos eſt obſcurata: ⁊ tūc nihil videm⁹ de luna. ſꝫ cū incipit elongari a ſole: tūc pars elōgata incipit modicū apparere nobis: et tūc dicim⁹ eſſe nouiluniū. ⁊ quāto plus elongat̄: tanto plus apparet nobis illuminata. Nota Boeti⁹ dicit ſolē eſſe fratrē lune. qꝛ ſm fabulas iupiter cōcubens cum latona genuit ex ea duos gemellos. ſ. phebū qui dr̄ ſol: ⁊ dyanam que dr̄ luna. ⁊ ſic ſm fabulas ſol eſt frater lune. Nota ſtella que de veſpe ſequit̄ ſolē ⁊ de mane p̄cedit hꝫ diuerſa noīa: vt ptꝫ p verſum. Lucifer aurora venus veſper⁹ heſperus idem. Quō aūt ſit poſſibile ꝙ eadē ſtella de veſpe ſequat̄ ſolē et de mane p̄cedat: dicūt aliqui ꝙ hoc nō ꝯtingit in vna ⁊ eadē pte anni: ſꝫ in diuerſis. dicūt eī ꝙ in eſtate ſequit̄ ſolē ⁊ in hyeme p̄cedit. ſꝫ hoc eſt ꝯ oēs autores dicētes hoc eſſe in eodē tpe anni. Alij dicūt ꝙ mercuri⁹ ⁊ ven⁹ ſint ſtelle ſimilis coloris ⁊ q̄titatis: quaꝝ vna qñqꝫ ſequit̄ ſolē: alia p̄cedit. ⁊ ſic videt̄ eſſe vna ſtella q̄ ſequit̄ ⁊ p̄cedit: ſꝫ hoc nō eſt. Hug. dicit ꝙ ven⁹ eſt altior ſole: ⁊ loquit̄ ſm antiquos aſtrologos q̄ locauerūt venerē ſupra ſolem. Cum igit̄ cōtingit ꝙ ven⁹ ⁊ ſol ſimul veniūt ad occaſuꝫ: qꝛ ven⁹ eſt altior diuti⁹ videt̄ in ſero q̄ʒ ſol: eadē rōne citi⁹ videt̄ in mane: q̄ʒuis eque cito diſcurrāt. nam citi⁹ vident̄ aſcēdentia remota q̄ʒ ꝓpinq̄: ⁊ diuti⁹ vident̄ deſcendētia remota q̄ʒ ꝓpinq̄: licꝫ eq̄li motu incedāt. Sꝫ moderni aſtrologi locāt venerē ſub ſole. Alij dicūt ꝙ vna eſt ſtella que vno tpe ſequit̄ ſolē: alio tpe p̄cedit. ⁊ dicūt ſm ꝓtolomeū ꝙ illa ſtella hꝫ epicicluꝫ: in cui⁹ circūferentia defert̄ corp⁹ eius. Eſt aūt epiciclus circul⁹ parū cui⁹ centrū eſt ī circūferētia orbis deferētis. Nunc aūt eſt ita ꝙ epiciclus veneris ſemp eſt cū ſole: ita ꝙ ſi ꝓtrahat̄ linea a centro terre p centrū epiccli veneris ad firmamētū eadē linea trāſibit p cētrū ſolis: vel non multū diſtabit ab eo. Cū aūt venus feratur in circuitu epicicli aliqñ erit in eadeꝫ linea cum ſole aliquādo p̄cedit: aliquādo ſequit̄. Item mora ſolis ſuper oriſontē facit dieꝫ cum dies ſit latio ſolis ſuper terrā. mora autem ſolis ſub oriſonte facit noctem. Et quia ſol longiorem facit morā tempe eſtiuali ſuper oriſontē: ⁊ breuiorem ſub oriſonte. ideo dies eſtiuales longiores ſunt noctibus: in hyeme aūt fit ecōuerſo: ꝓpter qđ dies hyemales breuiores ſunt noctib⁹.

¶ Tua vis variū tempat annū. Hic Boetius cōmendat regimen diuine ꝓuidentie magis circa terreſtria. ſ. circa partes āni: dicens. O deus tua vis .i. virt⁹. tempat. i. ordinat. variū annū. i. diuerſas ptes āni. vt mitis zephirus. i. vētus vernalis. reuehat. i. reducat. frondes q̄s aufert. i. deſtruit. ſpirit⁹ boree. i. flat⁹ boree. ꝛ tua vis tēperat: vt q̄cꝫ. i. quecūcꝫ ſemīa vidit arctur⁹ illa ſtella illas altas ſegetes. i. lōgas ſegetes. vrat ſirius. i. ſtella canicła tempe eſtiuali. Et ſubdit. Nihil ſolutū .i. ſegregatū antiq̄ lege. i. eťna lege diuine ꝓuidentie. linqt. i. dereliquit. op⁹ ꝓprie ſtationis. i. ad qḋ opādū eſt ſtatutū.

Reuehat mitis zephirus frondes
Quecꝫ arctur⁹ ſemina vidit
Sirius altas vrat ſegetes.
Nihil antiqua lege ſolutū
Linquit ꝓprie ſtatōnis opus
Omnia certo fine gubernas
Hominū ſolos reſpuis actus
Merito rector cohibere modo
Nam cur tantas lubrica verſat
Fortuna vices premit inſontes
Debita ſceleri noxia pena
At puerſi reſident celſo

Nota ꝙ quatuor ſunt ptes āni. ſ. ver. hyems. autūn⁹. ꝛ eſtas. In vere flat vēt⁹ q̄ dr̄ zephir⁹: q̄ ē collateralis fauonij. ꝛ qꝛ flat⁹ ei⁹ ē lenis: iō dr̄ mitꝫ ꝛ ꝓducit virida. In hyeme ꝛ maxīe ī ꝓncipio viget flat⁹ boree q̄ ē vēt⁹ collateralis aq̄lōis: cui⁹ flat⁹ ē fortis ꝛ frigid⁹: ꝛ deſtruit virida denudādo arbores. Nota ꝙ arctur⁹ ē ſtella circa maiorē vrſaꝫ q̄ dr̄ vidē ſemīa. qꝛ tpe ſui ort⁹ q̄ orit̄ cū ſole tūc ſemiat̄ ſic in atūno. Nota ſiri⁹ ē ſtella q̄ alio noīe dr̄ canicła. Et dr̄ ſiri⁹ a ſircu qḋ ē tract⁹ ꝓpť lōguꝫ tractū caloris: ꝛ apparet cū ſol ē ī cācro. Et dr̄ vrere ſegetes. i. maturare. Nota de arcturo dic̄ Yſido. ī li. ethimol. arctui⁹ ē ſyd⁹ p⁹ caudā maioris vrſe poſitū: ꝛ orit̄ tpe autūnali. Sꝫ Vegeti⁹ dic̄ arcturū oriri p⁹ id⁹ ſeptēbris. xvij. kal. octobris. Itē dic̄ Yſido. canicła ē ſtella: ꝛ dr̄ ſiri⁹ q̄ eſtiuis mēſib⁹ ī medio cētro celi ē: ꝛ tūcta cū ſole duplicat̄ calor eius. ꝛ diſſoluūtur corpa ꝛ euaporāt: a q̄ ſtella dicunt̄ dies caniculares in quib⁹ moleſte ſunt purgatōes.

¶ Oia certo fine gubnas. In iſta pte Boet. rāgit act⁹ hoīm nō regi a ꝓuidētia diuīa: ſ derelictos regimī fortūe: dicēs. O de⁹ tu gubnas oīa certo fine. i. certo ordīe ad finē. ꝛ reſpuis. i. ſpernis regē ſolos act⁹ hoīm. ꝙ o rector de⁹ tu merito cohibē. i. coercearꝫ. cur lubrica fortuna. i. īſtabil' fortūa. vſat. i. vtit̄. tātas vices. i. altnatōes. qꝛ ipa ꝓmit inſontes. i. īnocētes. noxia pena debita ſceleri. i. hoī ſcelerato. ꝛ puerſi mores. i. hoīes puerſi ī moribꝫ. reſidēt ī celſo ſolio. i. alto loco. ipi nocētes. i. mali. calcāt ſctā colla. i. colla ſctōꝝ hoīm iniuſta vice. i. iniuſta alternatōe: qui ſancti potius debe- rent calcare colla nocentuꝫ q̄ ecōuerſo. ꝛ clara virtus. i. homo clare virtu

ctis latet cōdita.i.abſcōdita. obſcuris tenebris.i.ab homib⁹ vitio obſcura
tis. ⁊ iuſtus homo tulit.i.ſuſtulit.crimen iniq̄ hoīs.⁊ piuria nil nocēt ipis
iniq̄s.nec fraus compta.i. ornata. mēdacij colore.i. falſa apparētia nocet
ipſis.ſ; cū prauis libuit vti virib⁹.i.exercere vires.quos prauos metuūt
īnumeri populi.i. vulgares.tūc ipſi gaudent ſubdere.i.ſupplātare.ſūmos
reges. i. bonos ⁊ ſapientes: quorum eſt regere et alios gubernare.

Mores ſolio.ſanctaq; calcant
Iniuſta vice colla nocentes
Latet obſcuris condita virtus
Clara tenebris.iuſtuſq; tulit
Crimē iniqui
Nil piuria.nil nocet ipſis
Fraus mendacij compta colore
Sed cum libuit virib⁹ vti.
Quos innumeri metuunt populi
Summos gaudent ſubdere reges
O iam miſeras reſpice terras
Quiſquis rerum federa nectis
Opis tanti pars non vilis
Homines q̄timur fortune ſalo
Rapidos rector cōprime fluctus
Et quo celū regis immēſū
Firma ſtabiles federe terras.

Item deus omia gubernat certo fine.q; dic̄ cōmentator.x. Methaphiſ. Deus ē men ſura oīm ⁊ regula:et infallibiliter verū metrum.Et cōmentator dicit ī primo celi ⁊ mūdi.Entia diuina nos gubernant ⁊ regūt:in nobis ſūt quaſi finis. Item illō qđ ē ſapientiſſimū regit certo fine cū ſapiētis ē regere.ſ; de⁹ eſt ſapiētiſſim⁹:eo q; ſapiētia a deo proceſſit.Vn̄ ſcriptura.Omnis ſapiētia a deo eſt. Nota Boeti⁹ vidit ī mūdo bonos deprimi ⁊ malos exaltari:cū tn̄ poti⁹ fieret ecōuerſo.Ideo ſibi videbat̄ q; actus ⁊ opatiōes hoīm non regerent̄ a deo:ſ; magis a fortuna:que hūc humiliat ⁊ hūc exaltat.Ideo Boeti⁹ deo cōqueritur.

¶ O iam miſeras reſpice terras.Hic Boetius rogat vt deus regat act⁹ hominū ⁊ hoīes ſicut regit celū:dicens. O quiſq̄s deus e tu q̄ nectis.i.coniūgis.federa.i.cōcordias rerum.reſpice miſeras terras.i.hoēs in terris habitātes.Nos enī hoīes nō ſum⁹ vilis pars:ſ; valde nobilis:tanti tui operis.i.mūdi.nos q̄timur.i.cōcutimur.ſalo.i.mari:⁊ amaritudine fortune.ideo tu deus cōprime.i.reſtringe.rapidos fluct⁹.i.magnos impetus fortune.⁊ eo federe.i.regimine:quo regis īmenſum celum tu firma.i.robora.ſtabiles terras.i.hoīes ſtabiles in terra. Nota Boeti⁹ dicit deum nō eſſe vi-

lem partē mūdi. qꝛ ſcribit in ꝓlogo libri de pomo Ariſto. Homo eſt digniſſima creaturarū: ſimilitudo oīm ad imaginē dei factus. Et. ij. de aīa. Quodāmodo aīa cōuenit cum oībus creaturis. cum angelis in intelligēdo. cū brutis ī ſentiēdo. cū plātis ī vegitādo. cū lapidib⁹ in eſſendo. Nota Boetius cōpat fortunā ſalo. i. mari. Sicut eñ nauis vndis marinis iactat̄ in altū nunc: ⁊ nūc in pfūdū. ſic homo per fortunā nūc in pſperitate leuatur: nūc in aduerſitate deijcit̄.

## Proſa quinta primi libri.

h Ec vbi ꝯtinuato dolore delatraui. illa vultu placido. nihilꝙ meis queſtibus mota. P. Cum te inquit meſtum lacrimantemꝙ vidiſſem illico miſerum exulem ꝙ cognoui. Sed q̄ꝫ longinquum eſſet exilium: niſi tua prodidiſſet oratio neſciebaz. Sed tu q̄ꝫ procul a patria non quidem pulſus es ſed aberraſti. At ſi te pulſum exiſtimari mauis: te potius ipſe pepuliſti. Naz id quidez de te nūꝙ cuiꝙ phas fuiſſet. Si

Et vbi cōtinuato. Hic incipit qnta pſa hui⁹ primi: ī q̄ Boet. oſtēdit quō phia ſe habuit ad ſuā querimoniam: ⁊ quid ex ea cognouerit. Secūdo phia quedā dicta Boetij irrationabilia paru̇ pēdit. Tertio ſb breuitate recolligit ea q̄ ipſū Boetiū ꝯturbabāt. Quarto phia dat modū remedendi ipſm Boetiū. Secūda ibi. Itaqꝫ nō tam me loci hui⁹. Tertia ibi. Et tu quidē de tuis. Quarta ibi. Sed qm plurim⁹. Dicit primo. Poſtq̄ꝫ ego Boeti⁹ delatraui. i. cōtra rōem locutus ſum. hec ſup. pdicta. cōtinuato dolore. i. aſſidua turbatōe. illa ſup. phia: placido vultu nihil mota. ſ. irata. meis queſtib⁹. i. de meis querimōijs. inqt. i. dixit. Cum. i. quādo. ego vidiſſem te Boetiū meſtū. i. triſtē. qꝫ. p et. lacrimantē. i. flentez. ilico. i. ſtatim. cognoui te miſerū. qꝫ. p et. exulē. i. patientē exiliū. Sz q̄ꝫ longinquū. i. remotū eſſet illud exiliū ego neſciebā. i. ignorabā. niſi tua oratio. i. ſermo. mihi pdidiſſet. ſ. reuelaſſz. Sz tu ſup. Boeci. q̄dē. p certe. nō es pulſus q̄ꝫ pcul. i. valde remote. a patria. i. a iudicio ratiōis. ſꝫ aberraſti. i. deuiciſti. At. p ſed. ſi te mauis. i. magis vis. exiſtimari pulſum a patria potius ſup. tuipē pepuliſti te Boetiū. Nam. p quia. quidē. p certe. id ſup. repellere te a pr̄ia nunꝙ fuiſſet phas. i. licitum. cuiꝙ ſup. homini. Si enim reminiſcaris. ſ. recorderis. cuius patrie. i. de qua patria. ſis oriundus. i. natus. non vti. p ſicut. ſupple ciuitas Athenienſiū quondā regit̄ impio. ſ. ex pcepto: multitudinis. i. multoꝝ rectoꝝ. Sequit̄ grecū qḋ tm̄ valet ī latino. ſed vnus eſt dn̄s ⁊ vn⁹ rex: vnus ⁊ pnceps qui letat̄. i. gaudet. de frequētia. i. de frequēti inhabitatōe ciuiū. i. incolarū. ⁊ non depulſiōe. cui⁹: regis. agi. i. duci. frenis. i. pceptis. atqꝫ. p et. obtempare. i. obedire. iuſticie ſumma eſt libertas. An. p nūquid. ignoras illā antiquiſſimā legē. i. ſtatutū. tue ciuitatis. i. recte rationis. qua

ſancitũ.i.cõfirmatũ eſt:ius non eſſe.i.ad eam non ꝑtinere.exulare.i.exiliũ pati.quiſq̃s.i.quicũq̨.maluerit.i.optauerit.fundare.i.locare:in ea ciuitate ſedem.i.habitatõem ſuã. Nam ꝓ quia.q̃ ꝯtinet̃.i.ꝯp̃bendit̃.vallo ac munimine eius ſup.ciuitatis.null⁹ metus.i.timor.eſt illi vt merear̃ eſſe exul. At ꝓ ſed.quiſq̃s deſierit.i.ceſſauerit velle inhabitare eam ciuitatẽ:pariter deſinit etiam mereri.i.meritũ cõſequi.

enim cuius oriundus ſis patrie reminiſcaris non vti atheníẽſiũ quondam multitudinis impio regitur.ſ; eius vn⁹ domin⁹ eſt ⁊ vnus rex vn⁹ ⁊ princeps q̇ regit eã. Qui frequẽtia ciuiũ nõ depulſione letat̃. Cuius agi frenis atq̨ obtꝑare iuſticie ſũma libertas eſt. An ignoras illam tue ciuitatis antiquiſſimã legẽ q̃ ſancitũ ẽ ei iuſ exulare nõ eſſe q̇ſquis in ea ſedẽ fũdare maluerit. Nã qui vallo eius ac munimine ꝯtinetur.null⁹ met⁹ eſt ne exul eſſe mereatur. At quiſquiſ inhabitare eam velle deſierit.pariter deſinit etiam mereri. Itaq̨ non tam me lo-

Nota q de latrare ꝓprie eſt canũ.i.ꝓ/poſito aũt delatrare eſt vrgente dolore ꝯ rõez loq̇.et ſic Boeti⁹ q̇ dixit act⁹ hominũ nõ regi a deo:ꝯ rõez loq̇bat̃.ergo dicit ſe delatraſſe. Nota nõ ẽ hoĩs ſapiẽtis moueri ex his q̃ dicũt̃ ab inſipiẽte ꝯ rõem ſed magis debet inſipientẽ inſtruere ⁊ ip̃m cõſolari.ſ; ph̃a nõ fuit mota ex queſtib⁹ Boetij:ſ; magis ip̃m cõſolabat̃. Nota ph̃ia cognouit Boetiũ eſſe miſerũ ⁊ exulẽ. Miſer eſt ille cui⁹ anim⁹ ſequit̃ mutatõem rer̃ tempaliũ:ita q extollit̃ in ꝓſperis ⁊ deprimit̃ in aduerſis. Exul in ꝓpoſito eſt ille nõ qui mutat regionẽ:ſ; qui agit ꝯ rõem. Nota q ꝑ lachrymas p̃t cognoſci q ratio hoĩs eſt turbata:ſ; q̃tum turbata ſit nõ cognoſcit̃ niſi ſmone dolẽtis. Ergo dicit ph̃ia.lachrymis cognoui te eſſe exulẽ.ſ; q̃tũ eẽt exilium neſciebã:niſi tua oratio mihi ꝓdidiſſet. Nota ille pulſus ẽ a patria qui oĩno rõem amittit.ſ; ille aberrat qui infra patriã in aliquo rõez retinet ⁊ in aliquo amittit. Boeti⁹ aũt non erat pulſus ꝓcul a patria.q: nõ totã ratõem amiſerat.credebat eñ oĩa regi a deo.ſ; in hoc aberrabat q act⁹ hoĩm a deo regi nõ putabat. Nota de p̃tia hoĩs q̃ eſt recta rõ loq̇tur Seneca ĩ de remedijs fortuitor̃:dicẽs. Patria eſt vbicũq̨ hõ bñ eſt. Illud aũt qđ bene in hoĩe eſt nõ in loco eſt.in hoĩs inquã ꝑtãte eſt:ſi ſapiẽs eſt nõ ꝑegrinatur:ſi ſtult⁹ eſt exulat. Nota a patria rõis null⁹ Boetiũ expulit:niſi ip̃e ſeip̃m.q: Boeti⁹ nõ alieno impetu:ſ; ꝓprio defectu termĩos ⁊ limites rõis exiuit. Nota ciuitas athenienſiũ regebat̃ imꝑio multitudinis. Primo eñ eam regebãt reges.poſtea ſuccedente tempe principes.tandẽ ꝓ regimine eius ſingulis ãnis eligebant̃.xxxviij.ſapiẽtes. Sz patria rõis tñ vno ꝑn-

cipe regitur.ſ.deo: qui eſt regula recte ratõis. Nota homo dicitur oriundus a patria ratõis inq̄tuz anima eius intellectiua que vtit̄ recta ratione a deo oritur. Nota intantū homo manet in patria ratõis: inquātuz deo ſubijcit̄ ⁊ legi diuine. Et quia deus in ſubiectione ſuo⁊ delectatur. ideo letatur in multitudine ciuiū: ⁊ non in expulſione eo⁊. Repellitur autem aliq̄s a p̄ria rationis deo rebellādo: et a recta ratione recedendo.

ci huius quaz tua facies mouet. Nec bibliothece poti⁹ cōptos ebore ac vitro parietes q̄ tue mētis ſedez req̄ro. In qua nō libros: ſ id qḋ libris p̄ciū facit libro⁊ q̄ndā meo⁊ ſentētias collocaui. Et tu q̄dē de tu-

Nota q̄ obtempat ſe deo eſt ſumme liber. q̄a inq̄ntū aliq̄s agit ſm rectam rõem intantū eſt liber. ſ p obtempare ſe deo homo maxime agit ſm rõem. ergo talis maxime liber eſt. Vñ Seneca .lij. ep̄la dicit. Queris q̄ ſit libertas. libertas vera eſt nulli rei p̄ter q̄ deo ſeruire equanimiter pſpera ⁊ aduerſa ferre ⁊ fortunā in equū ducere. Nota q̄ a ciuitate rõis nullus exulat niſi p affectõem irrōnabilem. talis autē affectio eſt volūtaria. et ideo ſola voluntate aliquis exulat a tali ciuitate. Et quia talis affectio non poteſt hominem occupare q̄diu eſt infra terminos recte rationis. Ideo dicit ph̄ia. Nam qui vallo eius ⁊c.

¶ Itaq̄ nō tam me loci hui⁹. Hic ph̄ia quedaz dicta irrationabilia Boetij paruipēdit: dicens. Ex quo aberraſti a p̄ria rõnis: itaq̄ .p ergo. non tā. i. nō tñ: facies. i. diſpoſitio. hui⁹ loci. i. exilij. q̄. i. q̄tū. tua facies. i. interior diſpoſitio mētis tue: monet. i. pturbat. me ph̄iam: q̄ deiecta .ē aduerſitate fortune. Et q̄ ſupi⁹ ꝯqueſt⁹ fuit de carētia bibliothece libro⁊: iſtā carētiā paruipēdens ph̄ia dicit. Nec ego ph̄ia req̄ro. i. īueſtigo. parietes bibliothece cōptos. i. ornatos. ebore. i. oſſibus elephantiū. ac .p etiā. vitro. i. gēmis p̄cioſis. q̄. i. inq̄tuz ſup. ego requiro ſedē. i. trāquillitatē tue mentis. in q̄ mēte nō collocaui. i. nō poſui libros: ſ id. i. illud: qḋ facit p̄ciū. i. p̄cioſitatē. libros. ſ. ſentētias meo⁊ libro⁊. Nota q̄ Boeti⁹ ſup̄ ꝯquerendo de ſtatu ſuo: ſolū deplāxit incōmoda corpalia nō curās deiectõem animi ſui. Unde ph̄ia ꝯ hoc ſolū deplāgit ſui animi deiectõez ⁊ incōmoda corpalia paruipēdit. Et q̄ ſupi⁹ .iiij. p̄ſa dixit Boeti⁹. Nūquid nō mouet te facies hui⁹ loci. Ideo ph̄ia hic ſibi rñdens dicit. Multo plus moueor ꝓpter animi tui deiectõem q̄ ꝓpter locū exilij in quo exiſtis. hō em̄ fortis aĩo oĩ loco vtit̄ pro p̄ria. Vñ Ouidi⁹ ĩ li. de faſtis. Om̄e ſolū forti p̄ria eſt vt piſcib⁹ eq̄r. Et q̄a etiā ꝯqueſt⁹ fuit de bibliotheca: rñdet ph̄ia q̄ ipſa poti⁹ deplāgat ſnĩas libro⁊ q̄s p obliuionē pdidit q̄ carētiā bibliothece ⁊ libro⁊.

¶ Et tu q̄dē de tuis. Hic ph̄ia ſub breuitate recolligit q̄ Boetiū pturbauerūt: dicēs. Et tu Boeci dixiſti vera de tuis meritis. i. factis. ĩ cōe bonū: ⁊ ꝓpẽ oĩm hoĩm vtilitatē. ſ ſup. dixiſti. pauca ſup. bñficia. tibi eueniſſe .p multitudine geſto⁊. i. facto⁊ tuoruz. ⁊ tu memoraſti. i. recitaſti. nota. i. maniſeſta cūctis hoĩb⁹: de boneſtate. i. de ſaluatõe ſenat⁹. vel falſitate. i. compila

tione falſaꝝ lſaꝝ. obiectoꝝ. i. imputatoꝝ tibi. quidē .p certe. tu ſtrictim pu-taſti. i. exiſtimaſti. attingendū ſup. eſſe. recte. i. rōnabiliter. de ſceleribus. i. de vitijs. qꝫ .p et. fraudibus. i. deceptōib⁹. delatoꝝ. i. accuſantiū. q̄ ea. i. oīa iſta. celebrent. i. memorent meli⁹. qꝫ .p et. vberius. i. copioſius. ore. i. ſmo ne. vulgi recognoſcentis. i. memorātis. Omnia etiam tu Boet. increpuiſti vehement. i. fortit. factum. i. op⁹ iniuſti ſenat⁹ ſup. totius. et tu etiam voluiſti d̄ nr̄a criminatōe. i. vitupatōe. et etiā tu fleuiſti. i. defleuiſti. dāna. i. crimīa. leſe opinionis. i. īmaclātē fame tue. Poſtremo. i. vltimo. dolor incāduit aduerſus fortunaꝫ. i. ꝯtra fortunam. qꝫ pro ꝛ ſup. tu Boeci ꝯqueſt⁹ es nō cōpenſari. i. tribui. eq̄. i. digna premia. meritis. i. .p meritis. In extremo. i. in fine. ſeuientis muſe. i. furiētꝭ metri. tu poſuiſti. i. dediſti. vota. i. p̄ces. q̄ ea pax ſup. diuine .puidētie regeret terras. i. homīes terrenos. vtiqꝫ .p ſicut regit celū. Nota q̄ oīa iſta fuerūt cauſa ꝑturbatōis mētis Boetij. ꝛ ꝑtractant ea in. iiij. pſa. ꝛ in fi. metri O ſtelliferi.

is in cōe bonum meritis vera quidē. ſʒ pro mltitudine geſtoꝝ tibi pauca dixiſti. de obiectoꝝ quidem tibi vel honeſtate vl' falſitate cūctis nota memoraſti. de ſcelerib⁹ fraudibuſqꝫ delatorum recte tu quidē ſtrictimqꝫ attingendū putaſti. q̄ ea meli⁹ vberiuſqꝫ recognoſcentis oīa vulgi ore celebrent. Increpuiſti etiā vehemēter iniuſti factum ſenatus. de noſtra etiaꝫ criminatōe voluiſti. Leſe quoqꝫ opiniōis dāna fleuiſti. Poſtremo ꝟo aduerſus fortunā dolor incanduit. ꝯq̄ſtuſqꝫ nō eq̄ meritꝭ p̄mia cōpenſari. In extremo muſe ſeuientis vt vtiqꝫ celum terras q̄ʒ pax regeret vota poſuiſti. Sed qm̄ plurimus tibi affectuum tumultus incubuit. diuerſumqꝫ te dolor. ira. meror diſtrahunt. vti nunc mentis es. nonduʒ te validiora remedia contingunt. Itaqꝫ lenioribus pauliſper vtemur. vt que in tumorem perturbationibus influentibus induruerunt. ad acrioris vim medicaminis recipiendam tactu blandiore moleſcant.

¶ Sed qm̄. Hic phia dat modū medēdi ipm Boeciū: dicēs. Sʒ qm̄ plurimus tumultus. i. valde magna multitudo. affectuū. i. paſſionū. incubuit. i. inſtitit tibi. ꝛ dolor ira ꝛ meror. i. triſticia. diſtrahūt te diuerſum. i. ad diuer

ſa ſup. ideo. vti ꝑ ſicut. nūc mentis es: nondū cōtingunt. i. reſpiciūt. te validiora remedia. i. fortiora medicamēta. Itaqꝫ nos vtemur pauliſp. i. modicū: lenioribꝰ ſup. remedijs. vt ea que induruerūt. i. indurauerūt. ī tumorem. i. inflaturā. ꝑturbatiōibus. i. triſticijs animi. influētibus. i. euenientibus. et vt illa molleſcāt. i. mollia fiāt. blandiore tactu. i. leuiori medicina. ad recipiēdū vim acrioris i. fortioris medicaminis.

Nota ꝙ boetius fuit diſtractꝰ multitudīe affectionū. ſ. ira merore ⁊ dolore Nā ira trahit hominē ad vindictā: dolor ad deſpatiōes. meror ad totiꝰ mētis aggrauatiōes. Ideo dicit phīa ꝙ ſua perturbatio iā nō poſſit ſuſtinē fortiora remedia: ſed velit ſibi adhibere lenia. vt ꝑ talia ꝑparatꝰ ⁊ diſpoſitꝰ ꝯſiter poſſet ꝑcipe remedia acriora.

## Metrum ſextum primi libri.

Um phebi radijs graue
Cancri ſidus ineſtuat
Tum qui larga negantibus
Sulcis ſemina credidit
Eluſus cereris fide
Quernas ꝑgat ad arbores
Nunqꝫ purpureum nemus
Lecturus violas petas
Cum ſeuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit
Nec queras auida manu
Uernos ſtringere palmites
Uuis ſi libeat frui
Autumno potius ſua
Bachus munera contulit

Um phebi radijs graue. Hic incipit ſextū metrū huiꝰ ꝓmi: qđ dr̄ metrum gliconicū ab inuētore coriambicū a pede ꝑdominā̄te. Eſt autē coriambꝰ pes cōſtans ex ꝓma ⁊ vltima longa ⁊ duabꝰ medijs breuibꝰ. Unde primꝰ pes huiꝰ metri eſt ſpondeus. ſecūdꝰ coriambꝰ. tertiꝰ pirrichus: q̄ eſt pes cōſtans ex duabꝰ breuibꝰ. ⁊ loco eius aliqñ ponit̄ iambꝰ q̄ ꝯſtat ex prima breui ⁊ vltima lōga. In hoc ḡ metro phīa ꝓbat dictū ſuū ꝑ exēpla. Dicit eñ phīa ꝙ Boetio ꝓ nūc nō cōuenirēt remedia fortia: ſ alio tpe. Probat ḡ ꝙ oīa reqrāt tpus determiatū. ⁊ ſi fiāt extra ſuū tp̄s nō ꝓſpant̄. ⁊ h̄ ꝓbat tribꝰ exēplis. ſcđo tāgit tpa nō ꝯnuſceri q̄ deꝰ diſtinxit: ibi. Signat tpa Primū exēplū eſt de ſemīe: qđ ſi ſemiat̄ nō debito tpe nō ꝓfert fructū. vt ſi qs ſemiaret ī iulio vel in auguſto. Unde dicit ſic in lr̄a. Cū ꝑ qñ. graue ſydus cācri: illiꝰ ſigni. ineſtuat. i. inardeſcit. radijs phebi. i. ſolis. Tū. i. ī illo tpe. q̄ credidit. i. cōmiſit. larga ſemīa. i. copioſa ſemīa. ſulcis. i. cauernis terre. negātibꝰ ſup. ſpem meſſis. talis eluſus. i. fruſtratꝰ. fide. i. bñficio. cereris. i.

dee frugū. pgat. i. accedat. ad arbores quernas. i. quercuū: et veſcat̄ fructi bus eoꝝ. Tūc ponit ſecundū. exēplū de floꝛib⁹ quos hō̄ fruſtra querit tem poꝛe hyemali: cū tpus eoꝝ ſit in vere. Ūn̄ dicit in lr̄a. Tu lecturus. i. colle ctur⁹. violas tales floꝛes. nunq̄ꝫ petas. i. accedas. purpureū nem⁹. i. floꝛi dam ſiluā. cum. i. qn̄. cāpus ſtridēs. i. ſonās cāp⁹. inhoꝛruit. i. hoꝛribiliter apparuit. ſe nis aquiloni b⁹. i. crudeli b⁹ vētis hye malib⁹. Tūc ponit tertiuꝫ exēplū: et eſt de vuis q̄ ma ture ſūt i au tūno. et iō fru ſtra q̄rant̄ tē poꝛe vernali. Ūn̄ dic̄ i lr̄a.

Signat tpa ꝓpꝛijs
Aptans officijs deus
Nec quas ipſe coercuit
Miſceri patitur vices
Sic quod pꝛecipiti via
Certum deſerit oꝛdinem
Letos non habet exitus.

Si libeat frui vuis nō̄ queras auida. i. cupida manu ſtringere vernos pal mites. i. v̄nales vites. q̄a bach⁹ de⁹ vini: poti⁹ cōtulit ſua munera. i. vuas. autūno. i. tpe autūnali. Nota q̄ ſydus cācri dr̄ graue. q̄ꝛ ſole exiſtēte in cancro hoīes grauant̄ nimio caloꝛe: quo tpe nō̄ eſt ſemīandū. q̄a ad hoc q̄ ſemen cōualeſcat requirit̄ hūoꝛ q̄ caloꝛe ſolis feruido tpe reſoluit̄ et euapo rat. Nota ſm̄ fabulas q̄ cū pluto rapuerat ꝓſerpinā mat̄ ei⁹ ceres que rens ipām in terris et nō̄ inueniēs: denegauit homīb⁹ bn̄ficiū frugū: et tūc hoīes ꝓgebāt ad arboꝛes quercuū et comedebāt glādes. et ſic loquit̄ ph̄ia ī lr̄a. Nota de hoc q̄ dicit ſtridēs cāpus. dicit Hug. q̄ ſtrideo des. vel ſtri do dis. eſt foꝛtiter ſonare vel dētes cōcutere vel frendere.

¶ Signat tpa ꝓpꝛijs. Hic oſidit ph̄ia tpa nō̄ permiſceri q̄ de⁹ diſtinxit: dicēs. Deus ſignat. i. oꝛnat tpa: aptās ea ꝓpꝛijs officijs. nec ipe deus patit̄ miſce ri vices. i. alternatōes tpm̄: ita q̄ tpus vni officio deputatū cōueniat alteri q̄s vices tpm̄ ipe cohercuit. i. diſtinxit. Et addit. ſicut q̄rēs aliq̄ tpe non de bito fruſtrat̄ ī q̄rēdo: ſic illō qō̄ deſerit certū oꝛdinē p̄cipiti. i. feſtina via: il lud nō̄ hꝫ letos exit⁹. i. pſperū euentū. Sic a ſili ſi ph̄ia relicto debito tem poꝛe miſtraſſet Boetio foꝛtem medicinā: nō̄ fuiſſet ꝓſpcrata in medicādo ipm̄. Nota q̄ p debitū oꝛdinē res ꝯſuant̄ in ſuo eſſe et ī ſui natura. et qō̄ deficit ab oꝛdine: etiā deficit ab eſſe. Ūn̄ Boeti⁹. iiij. hui⁹. j. pſa. Eſt enim qō̄ retinet oꝛdinē ſeruatq̄ꝫ nāꝫ. qō̄ v̄o ab hoc deficit eſſe q̄ in ſui natura ſi tum eſt derelinq̄t. ꝓpter qō̄ debit⁹ oꝛdo in oīb⁹ eſt obſuād⁹. Ūn̄ poeta. Eſt oꝛdo ſūma lumes ſapiētis in arte. Ergo dicit ph̄ia: qō̄ p̄cipiti via. Nota omne agens in agendo debet ꝯſtituere ſibi bonū finem. quia ratōe boni fi nis agens meret̄: et ratiōe mali finis demeret̄. Unde poeta. Non datur ex timplo bona poſt pꝛimoꝛdia merces Cōgrua. ſed rectus ꝓnuta finis habet. Cum igit̄ inoꝛdinatio impediat bonitatē finis: ideo vitāda eſt.

Rimū igitur pateris. Hec eſt ſexta et vltima pſa hui⁹ pꝛimi: in q̄ phi loſophia inq̄rit cām radicalē infirmitatis Boecij ex quibuſdā inter

rogatōibus. Et primo phia captat beniuolentiā Boetij. Secūdo ponit suas interrogatōes: ibi. Tum illa. Dicit primo. O Boeci anteq̄ adhibeā tibi remedia: ne p nūquid pateris .i. admittis me phiam. primū pauculis rogatōibus .i. interrogatūlibus. attingere sup. p cognitōem. atq̄ temptare .i. rimari. statū .i. dispositōem tue mētis. vt intelligā .i. cognoscā: qs sit mod⁹

## Prosa sexta primi libri

P Rimū igitur pateris ne me pauculis rogatōibus statū tue mentis attingere atq̄ tēptare. vt qui modus sit tue curationis intelligam. B. Tu vero arbitratu inquam tuo q̄ voles vt rn̄surum rogato. P. Tū illa: hūccine inq̄t mū dū temerariis agi fortuitisq̄ casib⁹ putas. An nullū credis ei ineē regimē rōnis. B. Atqui inquam nul-

tue curatōis .i. sanatiōis. Ro p s. Ego Boeti⁹ īquā i. dixi. tu philosophia rogato .i. iterrogato. tuo arbitratu .i. fm tuā volūtatē q̄ voles. vt p sicut. respōsurum .i. volentem respondere. Nota q phia more boni medici nō solū scrutat̄ causas doloris p signa extrinseca sicut medici p vrinā ⁊ pulsum. qr hec signa qn̄q̄ fallūt. s etiā scrutat̄ cās doloris Boetij p rn̄sionē ad q̄stiōes. Et p̄mo captat eius beniuolentiā reddēdo ipm attentū p hoc q dicit pauculis rogatōibus. Nota q infirmi hn̄t nālez impotētiā nihil patiēdi. & ex facili cōturbant̄ nō solū p multas interrogatōes s ex vna sola. Volēs g phia mouere paucas q̄stiōes Boetio infirmo: primo captat eius beniuolentiā.

¶ Tum illa. Hic phia facit interrogatōes. Secūdo causas toti⁹ infirmitatis ex rn̄sionib⁹ Boetij recolligit. Tertio ostēdit ipm curabilem esse: dādo modū pcedēdi circa curatiōem eius. Secūda ibi. Quare plenissime. Tertia ibi. Sz sospitatis actori. Primo phia querit de mūdi gubernatōe. Secūdo de circūstātijs gubernatōis: ibi. Sed dic mihi. Adhuc diuidit̄. quia phia querit. Secūdo Boeci⁹ rn̄det. Tertio phia ei⁹ rn̄sionē approbat. Dicens g. O Boeci putas hūc mūdū agi .i. regi temerariis. q p et: fortuitis casibus .i. euētib⁹. An .i. nūquid: tu credis nullū regimē rōnis .i. pūidētie diuine inesse ei mūdo. Ego Boeti⁹ inquā .i. dixi. atqui .i. certe. nō existimauerim .i. putauerim vllo modo: vt tam certa sup. entia. moueātur .i. regantur. fortuita temeritate .i. impronisa stulticia. Sed scio deum cōditorem .i. creatorē. p̄sidere suo operi .i. sue creatiōi. Nec dies fuerit vnq̄ .i. in aliquo tempore: q̄ dies depellat .i. remoueat: me Boetiū ab hac veritate sententie tam dicte. Tunc phia approbans eius responsionē: dicens. Philosophia inquit .i. dixit. ita est. Nam tu cecinisti .i. dixisti. etiam illud pauloante .i. in q̄nto metro huj⁹ primi. q pro et. tu deplorasti .i. planxisti. tm̄ .i. solūmō ipos homines esse exortes .i. carentes vel non participes. diuine cure .i. diuine pūidentie. Nāq̄ p quia. tu nihil mouebare .i. dubitasti. de ceteris supple

creaturis: q̄n regerent̃ rõne ſup. ꝓuidentie dei. aſit ꝑ ſed. pape eſt interiectio admiratĩs. ego admiroꝛ vehemẽter ꝙ tu locatus. i. poſitus. in tãſalubꝛi ſentẽtia. egrotes. i. langues. verũ ꝑ ſed. nos ꝑſcrutemur altius. i. ꝓfundius. ego neſcio quid. i. aliq̄d ſup. ſit illud. qð ego cõiccto. i. opinoꝛ. abeſſe tibi Boetio.

lo exiſtimauerim mõ vt fortuita temeritate tam certa moueant̃. Vex operi ſuo conditorẽ preſidere deũ ſcio. Nec vnq̄ fuerit dies qui me ab hac ſentẽtie veritate depellat. P. Jta eſt inquit. Nam id etiã paulo ante cecinisti. homieſq̄ tm̃ diuine exortes cure eſſe deplorasti. Nam de ceteris quin ratõe regerent̃ nihil mouebare. Pape aũt vehemẽter admiroꝛ cur in tam ſalubꝛi ſententia locatus egrotes. Vex altius ꝑſcrutemur neſcio quid abeſſe coniectoꝛ. Sz dic mihi quoniã a deo regi mundum non ambigis quibus etiã gubernaculis regat̃ ad

Nota ꝙ infirmitas Boetij partim fuit ex ordinata affectione. inq̄tũ eñ Boeti⁹ doluit de tempalium rerũ amiſſione: ꝛ partĩ fuit ex falſa exiſtimatione ꝗtuz ad duo. Eſtimabat enim malos hoĩes eẽ felices ꝛ potẽtes. Secũdo eſtimabat homĩes non regi a diuina ꝓuidẽtia. ergo phia inq̄rit cãm radicalẽ ꝑꝑt̃ quã Boeti⁹ incidit ĩ iſtas incõmoditates. Et qꝛ radix toti⁹ morbi fuit ignorãtia diuĩe gubernatõis q̄tum ad hoĩes. ideo p̃mo querit de mũdi gubernatiõe. Nota ꝙ Boeti⁹ ĩnuit duas rõnes ꝙ mũdus regat̃ a deo. Primã ibi. Tam certa. q̄ talis eſt. Ea q̄ ſunt certa ꝛ determinata nõ regunt̃ a caſu et a fortuna: cũ regimen taliũ ſit incertũ. ſꝫ entia hui⁹ mũdi ſunt certa. qꝛ a certis cauſis ꝓducta. Secundam rõnẽ innuit ibi. Verũ opi ſuo. q̄ talis eſt. Cauſatũ regit̃ a ſua cã. ſꝫ de⁹ ẽ cã mũdi: cũ ab ĩpo depẽdeat celũ et tota nã. ꝗ ꝛc̃. Nota phia rõnabilit̃ mirat̃ ꝙ Boeti⁹ credẽs mũdũ regi a deo: putabat hoĩes nõ regi ab ĩpo. q̄a poſſet phia ſic arguere. de⁹ regit mũdũ ſm te Boetiũ. ſꝫ hoĩes ſunt p̃ncipalis ps mũdi ſicut pri⁹ dixiſti in metro: operis tanti pars non vilis. ergo homines regunt̃ a deo.

¶ Sz dic mihi: qm̄ a deo mũdũ regi. Hic phia q̄rit de circũſtãtijs gubnationis mõi. Scðo qꝛ res gubnate diligũt̃ ĩ ſuũ finẽ. iõ ſcðo q̄rit de fine rex. Et qꝛ gubnatio dei ſm rei ꝟitatẽ etiã ẽ circa hoĩes. iõ tertio q̄rit de cognitõe hoĩs. Scða ibi. ſꝫ dic mihi. Tertia ibi. ſꝫ h̃ q̄z. Prĩo dicit. Sz o Boeci dic mihi phie. qm̄ nõ ambigꝭ. i. dubitas. mõm regi. i. gubnari a dõ. etiã nũ q̄d aduertꝭ. i. cog̃ſcis. q̄b⁹ gubnaculis mũd⁹ regat̃. ego Boet. ĩquã. i. dixi. vix noſco ſnĩaz. i. ĩtellectũ. tue rogatõis. i. tue interrogatõis. nedũ. i. adhuc ſꝫ q̄az. i. poſſũ rũdẽ ad ĩq̄ſita. i. ad interrogata. ſup. phia. ĩq̄t. i. dixit. ſꝫ fefellit. i.

decipit.me ſup.phiam.abeſſe.l.deficere. tibi aliquid ꝑ qđ velut hiāte.i.patente.robore.i.firmitate.valli.i.munitōis.morbꝰ ꝑturbationū irrepſerit.i.ſubintrauerit:in tuū animū.q.d.nūquid eñ verum fuerit qđ ꝑdixi tibi aliquid abeſſe:ꝑ qđ abeſſe ſiue ꝑ quē defectū dolor intrauit te ſicut aptuꝫ hoſtiū. Nota ꝙ deus nō regit mundū aliquibus gubernaculis extrinſecis q̄a ſic nō eſſꝫ ꝑ ſe ſufficientiſſimꝰ. ſꝫ regit ipſuꝫ ſua potētia q̄ attribuitur patri: ſua ſapiā q̄ attribuit̄ filio: ſua pietate ⁊ clemētia q̄ attribuitur ſpūſctō. ⁊ de hoc patebit ī ſecūdo huiꝰ. Nota illđ qđ aliq̄s homo vix ītelligit: aliq̄ modo intelligit:licꝫ cū difficultate.

uertis. B. Vix inquā rogationis tue ſententiā noſco ne dū ad inquiſita rñdere queam. P. Nū me inquit fefellit abeē aliquid ꝑ qđ velut hiante valli robore in aīum tuū ꝑturbatōnū morbꝰ irrepſerit. Sꝫ dic mihi meminiſti ne q̄s ſit rerꝫ finis. quo ve totius nature tendat intētio. B. Audierā inquā. ſed memoriā meror hebetauit. P. Atqui ſcis vnde cuncta ꝓceſſerint. B. Noui inquam. deumq; eſſe rñdi. P. Et quid fieri

Ex hoc ergo ꝙ Boetiꝰ dicit ſe vix ītelligere interrogatōem phie:innuit ſe aliquo mō intelligere:tñ cū difficultate ꝓpter dolorē opprimentē rōneꝫ.⁊ ideo rñdere nō potuit. Nota qñ robur valli aliciꝰ munitiōis hiat ꝓpter aliquā rupturā in eo factā: tūc hoſtes ingrediunt̄ munitiōem. Sic a ſili qñ munimen rōis quo animꝰ munit̄ tanq̄ vallo hiat ꝓpter defectū alicuiꝰ cognitōis:tunc neceſſerio ꝑturbatiōes affectuum ſubintrant animū.

¶ Sed dic mihi:memīſti ne. Hic phia querit de cognitōe finis rerū: dicēs Dic mihi ne.i.an memīſti.i.recordaris.q̄s ſit finis rerū ſup.oīm.ve ꝓvel. quo.l.ad quē finē:intentio ſ.totiꝰ nature tēdat.i.laboret.ego Boetiꝰ inquā .i.dixi.audieram ſup.olim.ſꝫ meror.i.perturbatio.hebetauit.i.obſcurauit memoriā.i.intellectū.Atq̄ ꝓ certo.ſcis vñ cūcta.i.oīa entia.ꝓceſſerint.i.ꝑncipiū ſuū habuerūt.Ego Boetiꝰ inquā.l.dixi nouiq; ꝓ et:rñdi deū eſſe ſup.ꝑncipiū oīm rerū.Et dicit phia.Et q̄d.i.quđ ꝑt fieri hoc:vt cognito.i.noto ꝑncipio.ſ.omniū rerū ignores.i.neſcias.q̄s ſit finis rerū ſup.oīm.verum ꝓ ſed.hi mores ꝑturbationū ſunt:⁊ ea valentia.i.vigor vel ptās ꝑturbationū eſt.vt quidē.i.certe.poſſint mouere hoīem loco.i.a ſtabilitate ꝑfecte cognitōis.autē ꝓ ſed.non poſſint euellere ſup.radicitꝰ.q; ꝓ et.extirpare.i.eradicare ſibi totū. Nota phia rōnabiliter querit Boetiū an cognoſcat finem omniū rerum.quia finis eſt cauſa cauſaꝝ.⁊ eſt optimū cuiꝰ gratia alia fiūt.ꝓpter qđ ignorato fine:nihil ꝑfecte cognoſcitur eoꝝ que ſunt ad finem. Nam ſ̄m exigentiā finis cetera moderātur. Nota quādo principiū ⁊ finis coincidūt in vnū ſicut in circulo idem eſt principiuꝫ et finis.

P. Qui uo eſt inq̃t oĩpotẽs: nihil eſt qd̃ ille nõ poſſit. B. Nihil inquã. P. Num igitur de⁹ facere malũ p̃t? B. Minime inquã. P. Malũ igit᷑ inq̃t nihil eſt: cũ id facere ille nõ poſſit q̃ nihil nõ p̃t. B. Ludis ne inquã me inextricabilẽ laborintũ rõnib⁹ texens. Quo nec quidẽ qua egrediaris itroeas: nũc uo quo introieris egrediare. admirabilem quendã diuine ſimplicitatis orbem cõplicas. Etẽm pauloante a beatitudine incipiẽs: eam ſummũ bonũ eſſe dicebas quã in ſũmo deo ſitã loq̃bare. Ipſum quoq̃ deũ ſummũ eſſe bonũ plenãq̃ beatitudinẽ diſſerebas: ex quo neminẽ beatũ fore: niſi qui pariter deus eſſet q̃ſi munuſcu-

¶ Ludis ne inq̃t me. Hic Boeti⁹ mouet qõem phie. Scd̃o phia ſoluit: ibi. Tũ illa. Pr̃io Boeti⁹ admirãs de cõnexiõe ⁊ cõuolutõe rõnũ qb⁹ phia vſa eſt: q̃rit vtr̃ iſta cõnexio rõnũ ſit ex deluſiõe phie: vel pueniat ex nã rei. Et breuit᷑ illas rões recolligit ⁊ dicit. O phia ludis. i. deludis ne me. texẽs. i. formãs. laborintũ. i. laborẽ difficilẽ rõib⁹: faciẽdo rões circulares. q̃. ſ. laborito: egrediaris ea pte q̃ ĩtroeas ⁊ egrediare eo loco q̃ introieris: tu cõplicas quãdã orbẽ admirabilẽ diuĩe ſimplicitatis. i. facis mirabilẽ circulatõez rõis ĩ diuĩa ſimplicitate. Et tñ breuit᷑ recolligit rões: dicẽs. Tu pauloante ĩcipiẽs a btitudine dicebas: eã eẽ ſũmũ bonũ: quã btitudinẽ tu loq̃bare eẽ ſitã ĩ ſũmo deo. ⁊ diſſerebas deũ eẽ ſũmũ bonũ ⁊ plenã btitudinez. ex q̃ dabas. i. inferebas. q̃ſi munuſculũ. i. corolariuz. neminẽ fore btũ niſi eẽt de⁹. Rurſũ tu loq̃baris formã boni eẽ ſbaz dei ⁊ btitudinis. ⁊ dicebas ipm vnũ eẽ idipm q̃ bonũ. ⁊ illud boñ dicebas eẽ qd̃ peteret᷑ ab oĩ nã rerũ. ⁊ tu diſputabas. i. diſputãdo pbabas. deũ regere vniuerſitatẽ gubernaculis bonitatis: ⁊ cũcta volẽtia parere. i. obedire deo. Nec vllã eẽ nãm ma-

li. ⁊ hec oīa explicabas nullis rōib⁹ ſumptis extrinſec⁹. i. nō accipiēdo pn̄cipia extrinſeca. ſ; inſitis. i. intrīſecis. ⁊ domeſticis. i. ꝓprijs et cōueniētib⁹ ꝓbatōib⁹ rei de q̄ agebat̄ altero aſſūpto. trahēre fidē. i. certidnuē ex altero
Nota laborint⁹ dicebat̄ dom⁹ dedali. quā cū aliqs intēdebat intrare exiuit: ⁊ exeūdo ītrauit. ꝙ cōſueuit depingi circularib⁹ ꝓtractōib⁹. ⁊ trāſumitur hic ad deſignandū circulatōes ⁊ reuolutōes rationū. Nota ꝙ circūuolutio ⁊ cōnexio rōnū quibus pħia vſa eſt non eſt ſic circularis ꝙ vna ⁊ eadē ꝓpoſitio ſit pn̄cipium ⁊ cōcluſio reſpectu eiuſdez. q̄a ſic nō contingit demōſtrare circulo. vt patet ꝑ Poſteriorū. ſed dicit̄ connexio circlaris q̄a rationes ex inuicē dependēt: ita ꝙ ꝓpoſitio cōcluſa in vna ſit principiū alteri⁹ cōcluſionis in alia. nec ꝓpter iſtas diuerſas cōcluſiones eſt aliqua diuerſitas in deo. ſ; omnia ſunt idem ſimpliciter.

lum dabas. Rurſus ipſam boni formā dei ac btitudinis loq̄baris eſſe ſubam. Ipmq̧ vnū idipm eſſe bonū dicebas qđ ab oī rez natura peteret̄. Deū q̄z bōitatis guberna culis vniuerſitatē regere diſputabas: volē tiaq̧ cūcta parere illi. Nec vllā mali eē naturā. Atq̧ hec nullis extrinſecus ſumptis ſ; altero ex altero fidē trahēte inſitis domeſticiſq̧ ꝓbatiōib⁹ explicabas. P. Tuz illa Minime inq̄t ludim⁹: remq̧ oim maximā dei munere quē dudū deꝑcabamur exegimus. Ea eſt eni͞ diuīe forma ſube: vt neq̧ ī externa dilabat̄: nec ī ſe extremū aliqđ ipſa ſuſcipiat. ſed ſicut de ea Permenides ait: oēz tu circulo adduci ſpōte mltitudinē: id

¶ Tum illa. minime inquit. Hic pħia reſpondit Boetio ad queſtionē: ⁊ dicit. Minime ludim⁹: ſ; nos exegim⁹. i. perfecim⁹ munere dei: quem dudu̅z deꝑcabamur rem maximā omniū rerum. Ea eniz. i. talis eſt forma. i. diſpoſitio diuine ſubſtātie: vt neq̧ in externa. i. in exteriora. dilabatur. i. cadat. nec ſuſcipiat aliquid externū. i. extrinſecū in ſe. qđ ꝓbat auctoritate Permenidis. quam primo ponit in greco: deinde ſenſum eius ſubiūgit in latino: dicens. Sed ſicut Permenides ait de ea. ſ. ſubſtātia diuina. ꝙ diuina ſubſtantia rerū orbem mobilē rotat. i. mutat. res circulatiōe generationis ⁊ corruptiōis: ⁊ mutādo res ipſa non mutatur: ſed ſe īmobilez cōſeruat. O Boeci: ſi nos agitauim⁹. i. cognouim⁹ rōes. nō extra. i. nō ab extrinſeco. petitos. i. ſūptas: ſ; collocatas īfra rei ambitū: quā rez tractabam⁹. nihil ē ꝙ de hoc admirere. i. admireris. cū. i. ex q̄ tu didiceris platone ſanciēte. i. cōfirmāte ſmōes oportere eſſe cognatos. i. ꝓprios ꝯuenictes reb⁹. de quib⁹

ſupple rebus loquũtur. Nota ꝙ ſermões accipiẽdi ſunt ẜm mãm ſubiectã. q2 certitudo nõ eſt ſimplr querẽda rõnib⁹: ex ṕ Ethic. vbi dr̃ ꝙ diſcipli nati eſt tm̃ inqrere certitudinẽ ẜm vnũqdq3 gen⁹ ꝙ̃tũ natura rei patit᷑. Cũ igit᷑ de⁹ ſic regat oĩa ṕter hoc ꝙ cõmiſceat᷑ cũ eis: ex ll. de cauſis. ſermões de diuia ſubſtãtia accipiẽdi ſunt ẜm intranea diuĩe ſub̃e: ⁊ nõ ẜm extranea cũ non cõmiſceat᷑ cũ eis.

eſt rerũ orbẽ mobilẽ rotat: cum ſe ĩmobilẽ ipa cõſeruat. Q᷑ ſi rões q̃3 non extra petitas: ẜ intra rei quã tractabam⁹ ambitũ collocatas agitauimus: nihil eſt qd̃ admirere cu3 platone ſanctiẽte didiceris: cognatos de qb⁹ loquũtur reb⁹ oportere eẽ ẜmões.

Felix q potuit boni fontẽ viſere. Iſtd̃ eſt .xij. metrũ ⁊ vltimũ huius tertij: qd̃ dr̃ gliconicũ ab inuẽtore: coriambicu3 a pede ṕdominãte. Primo eñ ponitur ſpõdeus dicẽdo Felix. Scd̃o coriãb⁹: dicẽdo. q potuit. Tertio pirriche⁹ vel troche⁹.

### Metrũ duodecimũ libri tertij.

f Elix qui potuit boni.
Fontem viſere lucidum.
Felix qui potuit grauis
Terre ſoluere vincula.
Quondam funera cõiugis.
Vates thraijcius gemens.

In quo metro poſtꝙ̃ pħia oñdit que ſit vera btitudo ⁊ vbi ſit ſita: hortat᷑ nũc ad pſeuerandũ in ↄtẽplatõe ilius btitudinis. Et ṗmo ponit illũ eẽ felicem q relictis terrenis vacat diuĩe ↄtẽplatõi. Secũdo oſtẽdit qd huiõi cõtẽplatõe3 impediat. Tertio illud ipedimẽtũ vitare docet. Scd̃a ibi. Quõdam. Tertia ibi. Vos hec fabula. Primo dicit. Felix ſup. eſt: q potuit viſere .i. deſiderãter videre. lucidũ fontẽ boni .i. deũ q eſt fons oĩs boni. ⁊ felix ẽ qui potuit ſoluere vincula .i. affectiões grauis terre .i. terrenoꝝ q ſua grauitate trahũt hoĩem deorſum. Notandũ ꝙ felix eſt q ſpeculat᷑ fontẽ boni: ⁊ qui cõtemnit delectatões terrenas. Vñ in li. de pomo ⁊ morte Ariſto. ſcribit᷑. Beata eſt aĩa q nõ eſt infecta prauis opib⁹ hui⁹ mũdi: ⁊ intellexit ſuũ creatorẽ: ipa eſt que reuertet᷑ in locũ ſuũ in delicijs magnis. ve aũt aĩe q nõ h3 poſſe redeũdi a priam ſuã. Turpia eñ opa ⁊ delectatões corpales impediũt aſſenſũ eius ſurſum.

¶ Quondã funera cõiugis vates. Hic oñdit qd ĩpediat ↄtẽplatõe3 diuĩoru3 q ẽ affect⁹ trenoꝝ: qd̃ declarat ꝑ q̃ndã fabulã: q talis ẽ. Orphe⁹ fili⁹ caliope fuit cytharista. q tãta dulcedine cythare reſonabat ꝙ nõ tm̃ hoĩes: ẜ etiã bruta allexit. ⁊ intantũ ea demulſit ꝙ impet⁹ ſuos nãles diuiltte bant ſiluas currẽ: flumia ſtare fecit. hic habuit vxorẽ dictã euridicẽ. quã cũ paſtor ariſte⁹ adamare vellet: ipa fugiẽs ꝑ ṗta calcato qdã ſerpẽte interijt. et

ad inferos deſcendit. quaꝫ oꝛpheꝰ volēs ab inferis reducere deos ſupnos ſua cythara placare cepit. ſꝫ cū nō ꝓficeret ad infernū deſcēdit: ⁊ intātū deos infernales deliniuit ꝙ cōceſſa ē ei vxoꝛ: tali cōditōe anteꝙ̄ exiret infernū nō flecteret retro aſpectū vxoꝛē reſpiciēdo. cū aūt iā ꝓpe exiuiſſet oꝛpheus amoꝛe allectꝰ retroſpexit: ⁊ ſic vxoꝛeꝫ ꝑdidit. Circa iſtā fabulam ſic ꝓce

Poſtꝙ̄ flebilibus modis.
Siluas currere mobiles.
Amnes ſtare coegerat.
Iunxitqꝫ intrepidum latus.
Seuis cerua leonibus.
Nec viſum timuit lepus.
Iam cantu placitum canem.
Cum flagrantioꝛ intima.
Feruoꝛ pectoꝛis vreret.
Nec qui cuncta ſubegerant.
Mulcerent dominū modi.
Immites ſuperos querens.
Infernas adijt domos.
Illic blanda ſonantibus.

dit. Primo oſ̄dit quō oꝛpheꝰ ād inferos deſcēdēs ꝓ vxoꝛe rogauit. Secūdo quō monſtra inferni placauit. Tercio oſ̄dit q̄ mō vxoꝛ ei cōceſſa fuit ⁊ eā perdidit. Secūda ibi. ſtupet. Tercia ibi. Tandeꝫ Dicit primo Vates thraiciꝰ. i. oꝛpheꝰ de thraicia ꝓuincia oꝛiundus. dictꝰ vates. i. ſapiēs a multis. ille q̄ndā gemēs. i. deploꝛās. funera. i. moꝛtē cōiugis. poſtꝙ̄ coegerat amnes. i. fluuios ſtare: ſiluas currere. mobiles poſt ipm̄ flebilibꝰ modis. i. modulatōibꝰ cythare. q̄s flēdo formauit. ⁊ poſtꝙ̄ cerua iūxit intrepidū latꝰ ſeuis leonibꝰ. qꝛ cerua īcedebat ſeq̄ndo modulatōeꝫ oꝛphei. nec lepus timuit canē viſū iā placidū. i. placatū. cātu. i. ſono cythare. qꝛ lepꝰ ⁊ canis ſil' ſeq̄bant ipm̄. Cū aūt feruoꝛ. i. amoꝛ. flagrātioꝛ. i. ardētioꝛ. vreret intima. i. īterioꝛa pectoꝛis oꝛphei. ⁊ cū modi. i. modulatōes. q̄ cūcta ſubegerant. i. ſubiecerāt. non mulcerēt. i. nō placarēt. dn̄m. ſ. oꝛpheū. ipe q̄rens ſupos. i. deos īmites. qꝛ placari nō poterat: adijt domos infernas. i. infernales. illic tēperās blāda carmīa ſonātibꝰ coꝛdibꝰ. ipe deflet. i. flebilic̄ decantat ī cythara q̄cq̄d hauſerat ex ꝑcipuis fontibꝰ mr̄is. ſ. dee caliope. ⁊ ipe deflet quod luctus impotēs qui facit hominem impotentē: ſibi dabat. i. conceſſit. ⁊ deflet illud quod dabat ſibi amoꝛ geminās luctum: quomodo commouēs trenera. i. inferna. ⁊ rogat dn̄os vmbraꝝ. i. infernales. dulci ꝑce veniā. i. relaxatōem ſue vxoꝛis. Nota ſꝫm Ariſto. ij. Metha. ⁊ cōmētatoreꝫ tij. celi ⁊ mūdi. nō oēs accipiūt veritatē ꝑ eūdē modū: tū ꝓpt' diuerſā ꝯſuetudinē: tū ꝓpt' diuerſā nāꝫ: tū ꝓpt' paucitatē inſtructōis ī logica. Vn̄ q̄dā recipiūt veritatē ꝑ modū demōſtratōis: q̄dā ꝑ modū autoꝛitatū: q̄dā ꝑ moduꝫ

fabulaꝝ. Ut ergo phīa talibꝰ ſatiſfaciat: aliqñ demōſtratōibꝰ: aliqñ auctoritatibꝰ vtit᷑: aliqñ fabulas īterſerit: ſicut ī ꝓpoſito. Notādū ꝙ orpheꝰ dr̄ vates q2 carmīa ꝯpoſuit. dr̄ aūt vates a vi mētis: vel a video. Notādū ꝙ trenera dicunt̄ q̄ſi lamētabilia: a trenꝰ. ni. qḋ ē lamētatio. Et trenarꝰ in ſinglari ē nomē cuiuſdā mōtis ī q̄ dr̄ eē via ad infernū. In plurali trenera ſignificat loca infernalia ſic̄ dic̄ Hug. Cōiter autē̄ inuenit̄ h̄ nomen ſcriptū ſine. t. ī pma ſyllaba: dr̄ tenera vel tenetus: ſic̄ in doctrinali: tenerus infernꝰ. tñ Hug. ſcribit tm̄ per. t. vt trenerꝰ et trenera. Unde forſan ex vitio ſcriptorū q̄nq3 ſubtrahit̄ .r.

Cordis carmina temperans
Quicquid precipuis dee
Matris fontibus hauſerat.
Quod luctus dabat impotens.
Quod luctum geminans amor
Deflet: trenera cōmouens.
Et dulci veniam prece
Umbrarum dominos rogat.
Stupet tergeminus nouo.
Captus carmine ianitor.
Que ſontes agitant metu.
Ultrices ſcelerum dee.
Iam meſte lachrymis madent.

¶ Stupet tergeminus nouo. Hic oñdit quō orpheꝰ mōſtra inferni placauit: dicēs. Ianitor inferni q̄ dr̄ cerberꝰ q̄ſi vorator carnīū: ille tergeminꝰ. i. hn̄s tria capita canina. captꝰ fuit nouo carmīe. i. melodia ꝑus īaudita. ⁊ ſtupet. i. admirat̄. Tūc oſtēdit quō alia mōſtra placauerit: dicēs ꝙ tres furie infernales: theſiphone: alecto: megera q̄ ſunt vltrices ſcelerū: inſerētes metū pctōribꝰ. iſte lachrymabant̄ ꝓpt̄ dulcedinē cythare. Un̄ dicit. dee. i. furie tres vltrices ſcelerū .i. pctōꝝ. q̄ dee agitāt. i. vexāt. ſontes. i. pctōres. metu. i. timore. iſte iam meſte madēt. i. fluūt lachrymis. Tūc tāgit remiſſionē pene q̄rūdā ī inferno. ⁊ ꝑ ixiōis. Ubi ſciēdū ꝙ ixion voluit ꝯcubē̄ cū iunone. cū aūt iuno inť ponēt nubē: ixion ꝓiecit ſemē ī nubē ex q̄ nati ſūt cētauri. Ipe aūt adiudicatꝰ īferno ꝯtinue voluit̄ ī rota: q̄ rota ſtetit orpheo modulāte. Un̄ dic̄. Uelox rota nō ꝑcipitat. i. nō deijcit. caput ixionū. i. ixiōis ſup. orpheo canēte. Tūc tangit remiſſionē pene tātali. Ubi ſciēdū ꝙ tātalꝰ dr̄ laceraſſe ꝓpriū filiū: dās eū dijs ad comedēdū: ꝓ q̄ dānatꝰ fuit. Dr̄ aūt ī īferno hr̄e aquā vſq3 ad mētū ⁊ poma pēdētia an̄ os: ⁊ tñ deficē ſiti ⁊ fame. cū eñ vult ſumē aquā vel pomū fugiūt ab eo. iſte tātalꝰ ſprevit flumīa orpheo canēte. Un̄ dicit. tātalus ꝑditꝰ. i. ꝯſūptꝰ. lōga. i. mag̃ ſiti: ſpreuit flumīa. Tūc oñdit remiſſionē pene ticij. Un̄ ſciēdū ꝙ ticiꝰ voluit ꝯcubere cū lacona mr̄e appollinis: quē appollo īteri fecit ⁊ ī īfernū relegauit. cuiꝰ iecur vultur deuorat. orpheo aūt

canēte vultur ceſſauit laniare iecur ei⁹. Vñ dicit. dū vultur ē ſatur modis .i. modulatōib⁹ orphei: nō traxit .i. nō laniauit iecur ticij.
¶ Tandē vīcimur arbit. Hic oñdit quō orpheo vxor ſua ɔceſſa fuit: ꝛ quō eā ꝑdidit dicēs. Tādē arbit. i. iudex vmbrax. iſte miſerās .i. miſcōiaz hñs ait. nos vīcimur donam⁹ .i. reſtituam⁹ viro .ſ. orpheo, comitē ɔiugē emptā

Non ixionium caput
Velox precipitat rota.
Et longa ſiti perditus
Spernit flumina tantalus.
Vultur dum ſatur eſt modis
Non traxit ticij iecur.
Tandem vincimur arbiter
Vmbrarum miſerans ait.
Donamus comitem viro
Emptam carmine cōiugem.
Sed lex dona coerceat.
Nedum tartara liquerit
Fhas eſt lumina flectere.
Quis legem det amantibus.
Maior lex amor eſt ſibi.
Heu noctis prope terminos.
Orpheos erudicē ſuam
Vidit. perdidit. occidit.
Vos hec fabula reſpicit
Quicunq̧ in ſuperum diem.

.i. cōparatā carmine ſuo. ſꝫ lex .i. ɔditio. coerceat: iſta dōa: ne phas ſit ſibi deducēti vxorē flectē luīa .i. oculos reſpiciendo vxorē dū liq̄rit .i. reliq̄rit tartara Et tūc exclamat: dicens. Quis det .i. īponit: legē amantib⁹ .q. di. amor non debet coerceri lege. quia amor maior lex eſt ſibi. i. amor maior ē lege. Et ſb̄dit. Heu ꝓpe t̄minos noctꝭ .i. inferni. orphe⁹ erudicē vxorē ſuā vidit: reſpiciendo a tergo eā ꝑdidit ab īferis nō deducēdo: occidit ī inferno eā relinq̄ndo. Notādū ꝙ apud inferos arbit .i. iudex vmbrax dr̄ adamāt⁹: q̄ cogit aīas ad fatēdū pctā cōmiſſa: ꝛ vnicuiq̧ ſm merita ſua penā diſtribuit. iſte adamāt⁹ dixit: donem⁹ viro cōiugē. Notādū ꝙ amor nō ꝑt lege coerceri. Nā ex incēſo amore hō ſepi⁹ trāſgredit legē. ꝛ amor fortior ē ad aliq̄d implēdū q̄ꝫ lex ad coercēdū Ideo dicit. q̄s legē dat amātib⁹: maior lex eſt ſibi. q. di. ꝓpter quid lex dat amātib⁹: cū ꝑ ſe dura lex ſit amare.
¶ Vos h̄ fabula reſpic. Hic ph̄ia applicādo fabulā ad ꝓpoſitū: hortat nos vitare impedimētū ɔtēplatiōis ſūmi boni. Et dic. O hoīes q̄cūq̧ queritis

.i. vultis. ducere mentē .i. mētis ꝯtplatōez. in superū diē .i. in sup̄nā clari-tatē. hec fabula iā dicta respicit vos. q꞉ ad v̄ram informatōez inducta. Nā q̄ vict⁹ affectu terrenoꝝ flexerit lumīa .i. oculos rōīs ⁊ intellect⁹. in tartareum spec⁹ .i. in terrena: q̄ ducūt ad īfernaꝫ ꝓfunditatē. Quicq̄d p̄cipuū .i. bonū. trahit. s. laborādo: illud ꝑd: dū vidit inferos .i. dū intēdit terrenis ⁊ tp̄alibus q̄ sunt infima.

Mentem ducere queritis.
Nam qui tartareum in specus.
Victus lumina flexerit.
Quicquid precipuū trahit
Perdit: dum vidit inferos.

Explicit liber terti⁹ de ꝯsolatōe phie.
Incipit liber quartus Prosa prima.

b Ec cū phia dignitate vult⁹ et oris grauitate seruata: leniterq꞉ suauiterq꞉ cecinisset. Tum ego nōdum penitus insiti meroris oblit⁹ intētionez dicere adhuc aliquid parātis abrupi. Et o inquā veri p̄uia luminis: que vsq꞉ adhuc tua fudit oratio: tū sui speculatione

Nota q̄ ꝯcupiscentia ⁊ affect⁹ terrenoꝝ impedit ꝯtēplatōz sūmi boni. Vñ Boeti⁹ ī tractatu de summo bono dicit. Inordinata ꝯcupiscētia multos impedit a sūmo bono. q̄sdā eñ pigriciā seq̄ videm⁹. q̄sdā eñ delectatiōes sensuales. q̄sdā eñ desideria auri ⁊ argēti. exceptis paucis viris honorādis phīs q̄ ꝯtēnūt sensus desideria: ⁊ sequūtur desideria ītellect⁹. Et ꝓpe finē eiusdē tractatus dicit. Phus maxime delectat̄ in p̄mo p̄ncipio ī ꝯtēplatōe sue bonitatis. Et hec sola est recta delectatio. hec eñ est vita phoꝝ sine qua nemo viuit vita recta. Et subdit. Phm aūt voco oēm hoīez viuentē ordine nature tendēs ī alta: ⁊ finiens vitā acq̄rit vltimū finē ⁊ optimā vite hūane: qui est deus gloriosus benedictus in secula seculoꝝ.

Ec cū phia dignitate vult⁹. Hic incipit quart⁹ liber de cōsolatiōe phie. cui⁹ hec ē ꝓsa p̄ma. In q̄ libro phia assignat causas q̄re mala cōcedant̄ in regno dei: cū oīm rex rector bon⁹ existat. s. de⁹. et ꝓbat bonos sp̄ eē potētes: ⁊ malos impotētes. Et sicut vitia nūq̄ sunt sine pena: ita virtutes nūq̄ sunt sine p̄mio. Probat etiā q̄ oīs fortuna tā ꝓspa q̄ aduersa bonis ad ꝑfectū: malis aūt ad īteritū. Etiā ꝓbat q̄ oīa q̄ fiūt a deo recte fiūt. ⁊ alia plura sicut patebit. Et diuidit̄ ille liber ī xiiij. ptes. q꞉ septē sunt ꝓse ⁊ setē metra hui⁹ q̄rti: de q̄b⁹ patebit ī ꝓcessu. Prime q̄ ostēdit Boeti⁹ quō lrētōez phie adhuc parātis plura dicē icēru pit ꝓponēdo cās sui doloris. Scdo phia ꝓmittit sibi ꝑfectā curam. Tertio dat modū curādi ipm. Scda ibi. Tū illa ⁊ esset. Tertia ibi. Et qm. Et q̄rto

ꝓſequit̃ intẽtõem: ipm curãdo in ſequẽti pſa: ibi. Tũ ego. Primo oſtẽdit quõ interrupit intẽtõez phie volentis pſa loq. Scdo ꝓbat cãs ſui doloris. Scda ibi. Sz ea ipa eſt. Primo dicit. Cũ phia ceciniſſet. i. decãtaſſz. hec. ſ. pdicta. ſuata lenit̃. i. delectabilit̃. ⁊ ſuauiter. i. dulcit̃. ſuata dignitate. i. reuerẽtia. vult⁹. ſ. ſui. ⁊ grauitate oris. i. ſmonis ſup. ſui. Tũ. i. poſt hoc. ego

diuina: tuz tuis ratiõibus iuicta patuerũt. Eaq̃ mihi: ⁊ ſi ob iniurie dolorẽ nup oblita: nõ tamen ante hac ꝓrſus ignorata dixiſti. Sz ea ipa eſt vel maxima noſtri cauſa meroris. q̃ cum rerũ bonus rector exiſtat: vel eſſe omnino mala poſſint: vel impunita ptereant. Q̃ ſolũ quãta dignũ ſit admiratiõe pfecto cõſidera. At huic aliud maius adiungit̃. Nam imperãte florẽteq̃ nequitia: virtus nõ ſolum pmijs caret: verũetiã

.ſ. Boet. nõdum. i. nõ adhuc. oblitus .i. immemor. penitus. i. oĩno. inſiti meroris. i. itrinſeci doloris. Ego boe. abrupi. i. iterrupi. intẽtiõem .i. propoſitũ phie paratis .i. intẽdẽtis dicere adhuc aliqd. Et inquaz. i. dixi.

O puia. i. pambula. veri luminis. i. perfecte cognitõis. ſ. illa q̃ tua oro. i. tu⁹ ſmo. fudit. i. locut⁹ ẽ. hucuſq̃. i. ad iſtũ libꝝ q̃rtũ. patuerũt. i. manifeſta fuerũt. iuicta. i. inſolubilia. tuz. i. aliqñ. diuina ſpeculatõe. i. ſcta cõtẽplatõe. tuz .i. aliqñ. ſui. ſ. ipius. tũ. i. aliqñ. tuis rõib⁹. i. demõſtratõib⁹. Et ea. i. illa pdicta. etſi ꝓ q̃uis. oblita mihi nup. i. aliqñ decuiatiõem ob dolorẽ iniurie ſup. quã ꝑpeſſus ſuz a Theodorico rege gothoꝝ. non tñ dixiſti ꝓrſus. i. oĩno. hec. ſ. pdicta. ignorata. i. ignota. ante hac. i. hucuſq̃. Nota q̃ dignitas ẽ honeſta ⁊ imperioſa autoritas. Dicit̃ aũt phia hr̃e dignitatẽ vult⁹ ꝓpt̃ ſui honeſtatẽ. q: ſm Tulliũ ſola ſapia ẽ q̃ meret̃ honores: ⁊ ꝓpt̃ ſui autoritatẽ q̃ digna ẽ imitatõe. Etiã phia dr̃ ec grauis ore. i. ſtabili ſmõe. q: ſmones philoſophici firmitate rõnũ inſunt ſtabilitati. Nota cũ phia oñdiſſet q̃d ſit ſummũ bonũ ⁊ in q̃ ſitũ ſit: ⁊ feciſſet exhortatõez ad illud querẽdũ: intẽdebat oñdere modũ q̃ ad illõ ꝑuenit̃. ſꝫ añq̃ expleret illã itẽtõez Boeti⁹ velut auid⁹ ad ſciẽdũ qdã q̃ꝝ ignorãtia detinebat ipz i merore: interrupit intẽtõez phie volẽtis pſa dicere. Nota q̃ phia dr̃ puia veri luminis. quia ipa clarificat aĩam: ⁊ trahit eã ab obſcuritate ignorãtie ad lucẽ ſapie et ad claritatẽ itellect⁹: ex lib. de pomo Ariſto. Vel iõ dr̃ puia veri luminis: q: per ipaz tãq̃ ꝑ viã hõ ꝑuenit ad cognitõez veri luminis: qḋ ẽ de⁹. q: ſcribit̃ i li. de pomo. q̃ ꝑ phiam hõ cognoſcit ſuũ creatorẽ q̃ de nihilo fecit oĩa: q̃ ẽ iceptor oĩm iceptoꝝ: ⁊ oĩm pncipioꝝ pncipiũ. Et ibidẽ ſcribit̃. Oportuit vt phia mitteret̃ ad inſtruẽdũ ignorãtes: ⁊ eos q̃ nõ cognouerũt ſuũ creatorẽ.
¶ Sed ea ipa eſt. Hic Boeti⁹ ꝓponit cãs ſui meroris: dicẽs. Sed ea ipa eſt. cauſa nr̃i meroris: ⁊ maxima cauſa. q̃ cũ rector rerũ. ſ. de⁹ bon⁹ exiſtat: vel eſſe mala oĩno poſſint: vel ptereãt impunita. qḋ ſaltẽ ſi nullũ aliud incõue

nicns ſequeret̃ .cōſidera quāta ſit dignū admiratōe. at ꝓ ſed. huic adiūgit̃ .i. addit̃ .aliud maius ſup. admirādū. Nā ꝓ qꝫ. imꝑante .i. ꝑcipiente. ⁊ flo rēte .i. vigēte neqtia .i. neqtioſis hoībꝰ. virtꝰ .i. hō virtuoſus. nō ſolū .i. nō tm̄ caret ꝓmijs: verūetiā ipa virtꝰ ſubiecta .i. ſubdita. calcat̃ pedibꝰ .i. po tētijs. ſceleratoꝝ .i. maloꝝ. ⁊ ipa virtꝰ luit .i. patit̃. ſupplicia .i. penas. in lo

ſceleratoꝝ pedibus ſubiecta calcatur: et in locum facinoꝝ ſupplicia luit. Que fieri ī re gno ſcientis oīa: potētis oīa. ſed bona tantūmodo volētis dei nemo ſatis poteſt nec admirari: nec cōqueri. P. Tū illa. Et eſſet inquit infiniti ſtuporis: oīibuſqꝫ hor ribilius monſtris: ſicuti tu eſtimas in tan ti velut prīſfamilias diſpoſitiſſima domo vilia vaſa colerētur: ꝓcioſa ſordeſcerēt. Sȝ non ita eſt. Nam ſi ea que pauloante con

cum facinoꝝ .i. vitioſoꝝ loco: q. ſ. ꝓdicta. fieri .i. ꝑmitti .ī reg. i. ī mūdo. ſciētis oīa. ſ. dei ⁊ potēt oīa. ſȝ volētis .i. ītēdētis. tantūmō bōa. nemo ſatis vel admirari nec cōqueri ꝑt .i. ꝗrimōiā facere. Nota ꝙ mala fiūt ī mūdo: patȝ. qꝛ rō ſꝑ deꝑcat̃ ad bonū. Cū ergo mali nō regant̃ iudicio recte rōis: ſȝ vincant̃ paſſionibꝰ ire ⁊ cōcupiſcentie: ideo deficiūt a bono. Itē ſu ꝑabūdantia ⁊ defectꝰ ſunt de genere maloꝝ: cū virtꝰ cōſiſtat in medio. Cū igit̃ in plurībꝰ ſit ſuꝑabūdantia ⁊ defectꝰ: patet ꝙ mala fiūt in mūdo. Cū aūt oīa dependeāt a deo celū ⁊ tota natura. ⁊ deus eſſentialr̄ ſit bonꝰ: mirabile eſt quō mala eſſe pn̄t: vel ſaltē pmaneāt impunita. Nota ꝙ qꝛ boni attingūt finē oīm rerū .ſ. ſummū bonū: ideo ſunt potentes. Mali aūt qꝛ a hoc ipm̄ attingere nō poſſunt: ſunt impotētes. Et qꝛ Boetiꝰ in ꝓmo libꝛo ſexta ꝓſa: dixit ſe ignorare quis ſit finis oīm rerū. ideo putabat bonos eſſe impotētes. malos aūt potētes. et de hoc Boetiꝰ admirat̃: vt patȝ in lr̄a. et iſta eſt vna cauſa ſui doloris.

¶ Tum illa. ⁊ eſſet inqt. Hic phia ꝓmittit Boetio ꝑfectā curā q̄ cōſiſtit ī ꝑtractōe huiꝰ materie: dicēs .i. O Boeci. ⁊ eſſet infiniti ſtuporis .i. admirationis. ⁊ eſſet horribiliꝰ oībus mōſtris .i. defoꝛmitatibꝰ. ſi in diſpoſitiſſima .i. in ordinatiſſima domo .ſ. in mūdo. tāti prīſfamilias .ſ. dei. ſi ibi colerent̃ .i. honorent̃. vilia vaſa .i. mali hoīes. ⁊ ſi ꝓcioſa vaſa .i. boni hoīes ſordeſcerent .i. vileſcerēt: ſicut tu eſtimas. Sȝ nō eſt ita. Nā ſi ea q̄ pauloante ꝯcluſa ſunt ſeruant̃ incōuulſa .i. integra in ſui veritate: tu autoꝛe .i. doctoꝛe ipo deo de cuiꝰ regno nūc loqmur: cognoſces ſꝑ bonos eē potētes: malos vo impotētes. nec vnqꝫ vitia eſſe ſine pena: nec ſine ꝓmio eſſe virtutes. et cognoſces bonis ſꝑ cōtingere felicia: ⁊ malis infortunata. et cognoſces multa id genꝰ .i. huiꝰ generis: q̄ corroboꝛent te firma ſoliditate. ſ. cōtra aduerſitatē fortune: querelis tuis ſopitis .i. remotis. Notādū ſicut poſtea patebit oīa que fiūt recte: a deo fiunt. Cum igit̃ ordo iuſticie requirit vitia

puniri: virtutes remunerari. ſi mali manerẽt impuniti: ⁊ boni irremunera-
ti: ⁊ ſic pũerſus eẽt ordo i domo dei. ſ. ĩ mũdo: qḋ ẽ horribiliꝰ oĩbꝰ mõſtris.
¶ Et qm̃ vere formã. Hic pħia dat modũ curãdi ipm Boetiũ: dicẽs. Quo
niã dudũ. ſ. in tertio libro: vidiſti formaz vere beatitudinis me mõſtrãte. i.
docente. oĩbus decurſis. i. ptrãſitis que puto neceſſariũ p̃termittere: oſten
dam tibi viã que te reuehat. i. reducat domuz. i. ad cognitionem vere beatitudinis. ⁊ ego affigã. i. apponaz tue menti pẽnas. i. rationes: quibus mẽs poſſit ſe tollere in altum vt depulſa pturbatiõe cõtingente tibi ex affectu bonoruz temporalium: reuertaris ſoſpes in pr̃iaz meo ductu. mea ſemita. meis vehiclis. Nota per pẽnas q̃s pħia promittit affigere menti Boetij: intelligitur ſpeculatõ rationis ⁊ intellectꝰ: virtus et ſapientia. Sicut enim auis volando in altum deducit auxilio pennarũ: ſic mens hũana ſpeculatiõe rationis ⁊ intellectus: virtute ⁊ ſapiẽtia erigitur in cõtemplatõem ſummi boni.

cluſa ſunt: incõuulſa ſeruantur ipo de cuiꝰ nũc regno loq̃mur autore: cognoſces ſemper quidẽ potentes bonos eſſe: malos vero abiectos ſemper atq̃ imbecilles. Nec ſine pena vnq̃ eſſe vitia: nec ſine p̃mio virtutes. Bonis felicia: malis ſemper infortunata contingere. Multaq̃ id genus que ſopitis querelis firma te ſoliditate corroborent. Et quoniam vere formam beatitudinis me duduz monſtrante vidiſti: quo etiam ſita ſit agnouiſti: decurſis omnibus que p̃termittere neceſſarium puto: viam tibi que te domuz reuehat oſtendam. Pennas etiam tue menti quibꝰ ſe in altum tollere poſſit affigam. vt pturbatiõe depulſa ſoſpes i patriã meo ductu: mea ſemita meis etiã vehiculis reuertaris.

Metrum primũ quarti libri.

Sunt etenĩ pẽne volucres mihi.
Que celſa cõſcendant poli.
Quas ſibi cum velox mens induit.

Sunt eteniz penne. Iſtud eſt primuz metrum huius quarti. cuiꝰ primus verſus dicitur metrum alemanicum ab inuentore: dactilicum a pede p̃dominante. Secundus verſus dicitur metrum archiloycum ab inuentore: iambicum a pede p̃dominante. In quo metro pħia oſtendit viaz per quã peruenit̃ ad cognitiõem ſummi boni. ⁊ eſt per cõſideratõez creatu

rarū: que gradatim ſunt trāſendēde quouſq̧ īueniat aliq̄d qđ p̄emineat oī creature. ⁊ iſtā viā tradit ſib ſilitudine auis volātis. Primo ḡ tradit viam q̄ mens pueniat ad cognitōez ſūmi boni. Scđo oñdit q̄d mens iudicabit cū illic peruenerit. Scđa ib. Huic te. Primo dicit. Dixi ꝙ affigā pennas mēti tue. ſunt etenī mihi pēne volucres .i. veloces .ſ. virt⁹ ⁊ ſapia. q̄ cōſcendant. i. penetrāt . celſa .i. alta poli. q̄ſi pennas. cum mēs velox ſibi īduit. i. aſſumit. ipa perosa. i . odio hn̄s. t̄ras deſpicit eas: q̄rendo vlterius creatorē et mēs ſupat globū .i. ſpericū corp⁹. īmenſi aeris: coḡſcendo ꝙ vltra aerē eſt creator . Nubes videt p⁹ tergū. q̄a vltra nubes q̄rit cognitōez ſūmi boni. et trāſcēdit verticē .i. ſūmitatē ignis. qui ignis calet agili. i. veloci motu. etherꝭ .i. celi. ⁊ vlterius ꝓcedit mens īueſtigando: donec ſurgat .i. eleuetur. in domos aſtriferas .i. in orbem planetarū. ⁊ cōiungat vias ſuas phebo .i. ſoli: īueſtigando ꝙ ſol nō eſt deus. donec comitet̄ iter gelidi ſenis .i. ſaturni qui ſupra ſolem. mens inquā exiſtēs miles coruſci ſyderis .i. dei: qui eſt ſplendidū ſydus. et vlteri⁹ aſcendit ſupra orbes planetarū: donec recurrat .i. ꝑtrāſeat circulū aſtri .i. celū ſtellatuz. quo .ſ. aſtro. pingitur .i. ornatur nox micans. quia nox ſtellis exhauſtū firmamenti illumīat̄ . vbi .i. poſtq̄ ſatis fuerit exhauſtū .i. ſpeculatōe vacuatū ꝙ nulla ſtellaꝝ eſt deus. mens vlteri⁹ trāſcendit donec relinq̄t extimū polū .i. vltimū celuz. et p̄mat dorſa velocis etheris .i. firmamēti .ſ. ꝯpo .i. potēs. reuerēdi lumīs .ſ. dei. hic ſup̄ vltimū polū dn̄s reguz tenet ſcept. .i. īpiū. ⁊ tp̄at .i. moderat̄ . habenas .i. regimīs

Terras peroſa deſpicit.
Aeris imenſi ſuperat globum.
Nubeſq̧ poſt tergum videt.
Quiq̧ motu agili calet etheris.
Tranſcendit ignis verticem.
Donec in aſtriferas ſurgat domos.
Pheboq̧ cōiungat vias.
Aut comitetur iter gelidi ſenis.
Miles coruſci ſyderis.
Vel quocūq̧ micans nox pingitur.
Recurrat aſtri circulum.
Atq̧ vbi iam exhauſtū fuerit ſatis.
Polum relinquat extimuz.
Dorſaq̧ velocis premat etheris.
Compos verendi luminis.
Hic regum ſceptrum domin⁹ tenet.
Orbiſq̧ habenas temperat.
Et volucrem currum ſtabilis regit.
Rerum coruſcus arbiter.

orbis ⁊ manēs ſtabilis ī ſe. regit volucrē. i. velocē. currū. i. circularē motū corpoꝝ celeſtiū. deus exñs coruſcus arbiter. i. ſplēdid⁹ iudex rex. Notandū ꝙ dicit ignē calere motu celi. ex q̄ videt̄ ꝙ calor nō ſit ꝓpria ⁊ per ſe q̄litas ignis: cū ſibi debeat̄ ꝑ motū celi. ꝟ dicēdū ꝙ loc⁹ nō ſolū eſt cā ꝯſeruatiua lacati: ꝟ oīm accñtiū nālr ꝯñtiū. Vñ qꝛ celū ē loc⁹ ignis nō ſolū eſt cā ipi⁹ ignis ꝟ etiā ipi⁹ caloris ignē cōſequētis. Et qꝛ ꝓpꝰa diſpoſitio celi ſm quā hꝫ caliditatem ſupꝰoſa ē motus ei⁹. Ideo dicit ignem calere motu celi: non excludens ꝑ ħ q̄n calor ſit ꝑ ſe q̄litas ignis. Notādūꝫ ꝙ Saturnuꝫ vocat gelidū ſenem. nō ꝙ ſit gelidus formalr: ꝟ effectiue. Eſt eñ effectiuus gelu ⁊ frigoris. Et dī ſenex. qꝛ motus eius tardus eſt ad modū ſenis. Nam curſum ſuū cōplet pluri tempore ꝙꝫ ſol vel luna.

Huc te ſi reducē referat via.
Quā nūc requiris imemor.
Hec dices memini patria eſt mihi
Hinc ortus: hic ſiſtam gradum.
Q⁹ ſi terrarum placeat tibi
Noctem relictam viſere.
Quos miſeri toruos populi timent.
Cernes tyrānos exules.

Proſa ſecūda quarti libri.

1 Vm ergo pape inquā vt magna promittis: nec dubito q̄n poſſis efficere: tu modo quē excitaueris ne moreris. P.

¶ Huc te ſi reducē. Hic oñdit pħia q̄d mens iudicabit cū trāſcēdit creaturas ⁊ ꝑuenit in cognitōem dei: dicēs. O mens ſi via ducat te reducē. i. reuertētē a tꝑalib⁹. huc. i. ad cognitōeꝫ dei. quā viā nūc imemor req̄ris. Tūc dices. Ego memini q̄ obnubilata fui affectu tꝑaliū. hic. ſ. ī ꝯtēplatōe dei eſt mihi pr̄ia. hinc. ſ. a deo eſt me⁹ ort⁹: qꝛ ad ei⁹ imaginē creata. hic. ſ. ī ꝯtemplatōe dei ſiſtā. i. figā. gradū. i. ponā finalē quietē. Q⁹ ſi placeat tibi exiſtē ī cognitōeꝫ dei viſere. i. cū deſiderio videre: noctē terraꝝ relictā. tu cernes. i. videbis. toruos tyrānos. i. crudeles ꝑncipes: q̄s miſeri ppl̄i timēt: illos toruos eē exules a vera pr̄ia ſua. Notādū ſm apl̄m. Nō habem⁹ hic manentē pr̄iaꝫ: ꝟ futurā inq̄rim⁹. Hec eñ ē vera pr̄ia a q̄ aīa rōnalis ꝑ creationē a deo exiuit. ad quā niſi reuertat̄ eē qꝺ a deo accepit affectōe terrenorū deturpata ꝓrſus amittit. Propter qꝺ dixit in ſcḋo metro tertij libri. Repetunt ꝓprios queqꝫ recurſus. Redituqꝫ ſuo ſingula gaudent. Nec manet vlli tradit⁹ ordo. Niſi ꝙ fini iūxerit ortū. Stabilēqꝫ ſui fecerit orbē.

Vm ergo pape inquā. Hic incipit ſecūda proſa hui⁹ q̄rti. Circa quā eſt ſciendū ꝙ pħia in primo libro ſexta pſa: inueſtigando cauſaꝫ ⁊ radicem infirmitatis Boetij: cognouit ꝙ Boeti⁹ ex ignorātia finis rerū ma-

los hoīes potētes: bonos vero impotētes putabat. Itē qꝛ ignorabat quibus gubernaculis mūdus regat᷑. Fortuitarū vices eſtimabat fluitare ſine rectore. Quia vero phia iaʒ oñdit qs ſit finis rerū a qbꝰ gubernaculis mundus regat᷑: nūc phia vult adhibere Boetio pſectam curā: remouēdo dolores in quos Boetiꝰ incidit ex ignorātia pmiſſoꝝ. Et pmo phia hoc petit. ⁊ phia ſcđo illud pſeqtur: ibi. Primuʒ igitur.

Primū igit᷑ inquit bonis ſemꝑ adeſſe potentiā malos cūctis viribus eſſe deſertos agnoſcas licebit: quoꝝ quidē alterū demōſtrat᷑ ex altero. Nam cū bonuʒ malūqꜫ cōtraria ſint: ſi bonū potens eſſe cōſtiterit: liquet imbecillitas mali. At ſi fragilitas clareſcat mali: boni firmitas nota eſt. Sʒ vti noſtre ſentētie fides abundātioꝛ ſit alterutro calle ꝓcedam: nūc hinc: nūc inde ꝓpoſita cōfirmās. Duo ſunt quibus oīs hūanoꝝ actuū cōſtat effectus: volūtas ſcʒ ac poteſtas. Quoꝝ ſi alterutrū deſit: nihil eſt

Dicit pmo. Tū igitur. ſ. finito ſmone phie: ego Boet. i. quā. pape eſt īteriectio admirantis. O phia: tu magna promittis: nec dubito quin poſſis efficere. i. ad effectū pducē: tu modo ne moreris. i. non ptrahas me quē excitaueris. ſ. ad audiendū. Notandū ꝙ ſapiēs nihil pmittit qđ adimplere nō poſſit. qꝛ opus ſapiētis eſt non mentiri. Ergo dicit Boetiꝰ phie. Sicut magna pmittis: nō dubito qn efficere poſſis.

¶ Primū igit᷑ inqt. Hic phia pſeqtur intētū. ⁊ pmo pbat bonos ſꝑ eē potētes ⁊ malos impotētes. cuiꝰ oppoſitū putabat Boetiꝰ. Et tangit pmo modū ꝑ quē vult hoc oñdere. Scđo oñdit ⁊ pbat intētū ſuū rōnibꝰ: ibi. Duo ſunt. Prio dicit. O Boeci: pmū licebit vt agnoſcas bonis ſꝑ adeſſe potētiā: ⁊ malos eē deſertos. i. pinatos cunctis viribꝰ. qꝝ alteꝝ. ſ. bonis ſꝑ adeſſe potentiā demōſtrat᷑ ex altero. ſ. ex hoc ꝙ mali ſunt viribꝰ deſerti. Et huius cām ſubdit: dicēs. Nā cū bonū ⁊ malū ſint ꝯria: ſi bonū eē potēs cōſtiterit: liquet. i. manifeſtū fuerit. imbecillitas. i. impotētia mali. et ſi fragilitas clareſcat mali: firmitas boni nota eſt. Sed vt ꝓ ſicut. abūdantioꝛ ſit fides nr̄e ſnīe: alt̄utro calle. i. vtraqꜫ via ꝓcedā cōfirmans ꝓpoſita. nūc hinc ſcʒ ex infirmitate boni: nūc inde ex fragilitate mali. Notādū ꝙ phia dictū ſuū: ꝙ ſi boni ſunt potētes mali ſunt impotētes: fundat ſuꝑ cōſiderationē topicā. ſi ꝓpoſitū in ꝓpoſito ⁊ oppoſitū in oppoſito. vt ſi ſanitas eſt bona: egritudo ē mala. dicit ꝙ velit ꝓcedere vtraqꜫ via ex potētia bonoꝝ pbādo impotētiā maloꝝ. ⁊ ex īpotētia maloꝝ potētiā bonoꝝ. qꝛ ſi tm̄ vnū iſtorum pbaret ⁊ ex hoc reliquū ꝯcluderet ꝑ locū a ꝯriis eſſet argumētū veriſimile ⁊ nō neceſſariū. ⁊ iō vtrāqꜫ ꝑtē vult pbare ⁊ ex vtroqꜫ reliquū ꝯcludē.
¶ Duo ſunt quibꝰ oīs. Hic phia pbat intentū rōnibꝰ. Secūdo excludit qu

dam ꝛ ublatōem: ibi. Sed pūt. Tertio cōfirmat p̄ncipale intentū autorita te platonis: ibi. Ex quib⁹ oībus. Primo pbat bonos ſpeē potētes: ꝛ malos impotētes duabus rōnib⁹. Secūdo ad idem oſtendendū coaceruat breues ratōnes: ibi. Sed quoniam ꝛc. Prima in duo fm duas ratiōes. Secūda ibi. Rurſus inquit. Primo p̄mitit duo neceſſaria ad p̄mā rōem. Secūdo ex his arguit: ibi. oēs igit̄ homīes. Primo premittit vnum neceſſarium. Scđo aliud. ibi. Meministi ne. Primo dic̄. Duo ſūt p̄ncipla quibus cōſtat. i. pmanet. oīs effect⁹ humanoꝝ actuū. ſ. volūtas ꝛ poteſtas. quoꝝ ſi alteꝝ deſit nihil ē. quod queat effect⁹

qđ explicari queat. Deficiēte etenī voluntate: ne aggredit̄ quidē quiſq̄ qđ nō vult. At ſi poteſtas abſit: voluntas fruſtra ſit. Quo ſit vt ſi quē videas velle adipiſci qđ minime adipiſcat̄: huic obtinēdi qđ voluerit defuiſſe valētiā dubitare nō poſſis. B. Perſpicuū eſt inquā: nec vllo modo negari poteſt. P. Quem vero effeciſſe quod voluerit videas. Num etiā potuiſſe dubitabis. B. Minime. P. Quod vero quiſq̄ poteſt in eo validus: qđ vero nō p̄t in hoc imbecillis eſſe cēſendus eſt. B. Fateoꝛ inq̄.

explicari. i. fieri. qđ declarat. Deficiēte enī volūtate nullus effect⁹ pducit̄ qꝛ null⁹ aggredit̄ qđ nō vult. ꝛ ſi ptās abſit: volūtas fruſtra ſit. Quo ſit. i. ex q̄ ſeq̄t̄: vt ſi videas aliquē velle adipiſci qđ mīme adipiſcat̄: nō poſſis dubitare huic defuiſſe valētiā. i. potētiā obtinēdi qđ voluerit. Et iō dic̄ Boeti⁹. Perſpicuū ē: nec vllo mō negari p̄t. Et ſubdit phia. Quē vero videas effeciſſe qđ voluerit. Nū dubitabis eū potuiſſe: ſꝫ nō habuiſſe potētiā. Et dicit. B. Mīme. Tūc phia cōcludit tanq̄ manifeſtū ex dictis: dicēs. Illud qđ q̄ſq̄ p̄t ī eo ē valid⁹. i. potēs. qđ vero nō p̄t ī eo ē cēſend⁹. i. iudicād⁹ imbecillis. i. impotēs. Et dicit. B. Fateoꝛ inquā. Notandū ꝙ phia dicit nullus aggreditur qđ non vult. Cōtra. aliquis nolens interficit hominē: vel ledit hominē. ergo aliquis aggredit̄ quod nō vult. Item aliquis cogit̄ur facere aliquid cōtra voluntatē ſuam: ꝛ ſic aggredit̄ quod nō vult. Dicendū ꝙ phia loquit̄ hic de effectu ſpōtaneo qui ex intentōe pcedit: nō de eo qui caſu cōtingit. Unde dicendū ad primū ꝙ voluntas poteſt cōparari vel ad ipam actōem quā aliquis primo aggredit̄: ꝛ ſic nō deficit volūtas. vel p̄ōt cōparari ad cōſequēs illā actōem: ꝛ ſic poteſt deficere volūtas. vt ſi aliquis nolens hominē interfecit. Ad ſecundū dicendū: illud qđ quis coactus facit eſt voluntariū mixtum: tamē ſimpliciter eſt īuoluntariū. aliquis enī coactus magis vult hoc facere q̄ ſuſtinere penam vel perdere vitā. Et ita reſpectu talis effectus nō deeſt volūtas, ſꝫ q̄tū ad actū interiorē voluntas ſemꝑ libera eſt: ꝛ cogi nō poteſt.

Meministi ne igit inquit. Hic phia pmittit secundū vtile ad rōem ⁊ est re ſumptio quorūdā prius dictoꝝ: dicēs. Meministi ne eſſe collectū. cōclu/ ſum ſupioribus rōnibꝰ omnē intētōem hūane volūtatis feſtinare. tendē re ad beatitudinē q volūtas agit .i. ducit diuersis studijs. Rñdet Boetꝰ Memini inquā illō eē demōstratū. Itē q̄rit phia. Nūqd recordaris beati/ tudinem eſſe ipſū bonū: et eo mō deſide rari bonū ab oībus: cū be atitudo peti tur .i. deside/ ratur. Rñdit Boet. Minime recordor qm̄ p̄ro qr .id .i. illud fixū teneo memorie. Notā dum q̄ recordari ē aliquid reducē re ad memo/ riam qd p obliuionē ē la/ pſū a memo ria. Et qa be atitudinē eē ipm ſummū bonū: nō ex/ ciderat a mē te Boetij: ſ ſēp remane/ bat i habitu iō dicit ſe nō recordari de hoc: ſed in memoria tanq̄ fixū tenere.

P. Meministi ne igit inq̄t ſupiorib rōnibus eē collectū intētiōez oēz volūtatis humane q diuerſis ſtudijs agit ad beatitudinem feſtinare. B. Memini inquā id q̄z eē demonſtratū. P. Num recordaris btitudinē ipm eſſe bonū: eoq̄ mō cū beatitudo petit ab oībꝰ deſiderari bonū. B. Minime inquā recordor: qm̄ id memorie fixū teneo. P. Oēs igit hoīes boni pariter ac mali indiſcreta intētōe ad bonū puenire nitūtur B. Ita inquā cōſequēs eſt. P. Sz certum eſt adeptōe boni bonos fieri. B. Certum. P. Adipiſcunt igit boni qd appetūt B. Sic videt. P. Mali vo ſi adipiſcerētur qd appetūt bonū: mali eſſe nō poſſent. B. Ita eſt. P. Cū igit vtriq̄ bonū petāt: ſi hi quidē adipiſcant: illi vo minime. Non dubiū eſt bonos quidē potētes eſſe: q vo mali ſunt imbecilles. B. Quiſq̄s inq̄t du

¶ Omnes igit hoīes. Hic phia arguit ex dictis pbans bonos eſſe poten/ tes ⁊ malos impotētes: tali rōe. Quicūq̄ adipiſcunt qd volunt ſunt potētes. ⁊ qui nō adipiſcunt qd volūt ſunt impotentes: ex pmo pambulo. ſ boni adipiſcunt qd volunt. ſ. ſummū bonū. mali lz velint nō adipiſcunt ipm qr ſi mali adipiſcerent ſummū bonū nō eſſent mali. ergo boni ſunt potētes mali impotētes. Rñ dicit in lr̃a. Omnes hoīes boni ⁊ mali nitunt pueni/ re ad bonū indiſcreta intentōe. i. indiuiſa intentōe. Dicit Boetꝰ. Ita cōſequēs ē ad dicta. Subdit phia. Certū ē bonos fieri adeptōe boni. Certū eſt dicit Boet. Igit cōcludit phia. Boni adipiſcunt qd appetūt. i. volūt. Dicit Boeti. Sic videt: ſi mali adipiſcerent bonū qd appetūt: nō poſſent eē

mali. Ita eſt dicit Boetius igiẗ ꝯcludit phia. Cũ vtriq̃ petant bonũ. ſed hi. ſ. boni illd adipiſcãẗ. illi vo mali mĩme. Nõ ẽ dubiũ bonos eẽ potẽtes qui vo mali ſũt imbecilles. i. ĩpotentes Rñdit Boetius. Quiſqs. i. qcũq̃ dubitat de hoc nõ pt ꝯſiderare naturã rex: nec ꝯñam rõnum. Notandum ꝙ qꝛ veritas ꝓpoſitionũ fundaẗ ſup naturã rerũ: qui negat veritatẽ propoſitionũ nõ poteſt cõſiderare naturã rex ſitr negãs veritatẽ ꝓpoſitionũ nõ põt cõſiderare cõſequẽtiam rõnũ. qꝛ ꝯña rationuz ſupra veritatẽ ꝓpoſitionũ fũdatur. Iõ dicit boetꝰ. Qui dubitat de pmiſſis nõ põt ꝯſiderare naturã rex nec ꝯñam rõnuz ¶ Rurſus inqt. Hic phia ponit ſcdam rõnem dicẽs

bitat: nec rex naturã: nec ꝯñam põt conſi-
derare rõnuz. P. Rurſus inqt ſi duo ſint
quibꝰ idez ſm naturã ꝓpoſitũ ſit: eorumq̃
vnꝰ naturali officio idipm agat atq̃ pficiat
alter vo naturale illd officiũ mĩme admini
ſtrare queat. Alio vo mõ q̃ nature conue-
nit: nõ qdẽ impleat propoſitũ ſuũ ſed imi-
tetur implentẽ: quẽnam horũ valentiorem
eſſe decernis. B. Et ſi cõiecto inq̃ qd ve-
lis. planius tñ audire deſidero. P. Am-
bulãdi inqt motũ ſm naturã eẽ hoĩbꝰ num
negabis. B. Minime inq̃. P. Eiuſq̃ rei
pedũ officium eſſe naturale num dubitas.
B. nec hoc quidem inq̃. P. Si qs igitur

Si ſint duo quibus ſit idem propoſitũ. i. eadem intẽtio faciendi aliquid ſm naturã. ⁊ vnꝰ eox agat idipſũ ⁊ perficiat ipſũ naturali officio. i. nãli organo. alter vo mĩme queat admĩſtrare. i. adĩplere illd officiũ. ſ alio mõ q̃ nature ꝯuenit. nõ ĩpleat ꝓpoſitũ. ſ imiteẗ implẽtẽ qñẽ horũ duox decernis. i. iudicas. eẽ valentiorẽ. i. potẽtiorẽ. dicit boetiꝰ. Etſi ꝓ q̃nis. ꝯiecto. i. cõſiderẽ quid velis. tñ ego deſidero planiꝰ audire. Tũc phia declarat ſibi in exẽplũ dicẽs. Nõ negabis motũ ãbulãdi hoĩbꝰ ineẽ ſm naturã. dic̃ Boeẗ. Mĩme nego. Et phia etiã num dubitas eiꝰ rei. i. actus ãbulandi eẽ officiũ nãle pedũ. dic̃ Boeẗ. Nec h̃ dubito. ⁊ phia. Si qs igiẗ ambulet valẽs ĩcedere pedibꝰ. Aliꝰ aũt cui h̃ officiũ deſit. mãibꝰ nitẽs. i. laborãs. ãbulare coneẗ. qs hox pt exiſtiari valẽtior. dicit Boeẗ. Cõtexe cetera. q. d. ꝓcede ĩ rõne tua: qꝛ nullꝰ ambigit qn potẽs nãlis officij ſit valẽtior eo q neq̃at. i. nõ pt in idẽ officiũ. Tũc phia. Iſti ꝓpõni pmiſſe tanq̃ maiori adiũgit vnã minorẽ dicẽs. Sz ſũmũ bonũ qđ eq̃ bonis ⁊ malis ẽ ꝓpoſitũ boni qdẽ petũt. id eſt adipiſcuntur. officio naturali. ſ. virtute. mali vo conantur adipiſci id ipſum p variam cupiditatez rex tpaliũ. qđ non eſt officiũ nãle adipiſcẽdi boni. An tu o Boeti eſtimas aliter. Cui Boetius. Mĩme inq̃. ⁊ Boetiꝰ quaſi pcurrendo ꝯcludit principale intẽtũ. dicens. Nam etiã illud qđ eſt

P

conſequens patet mihi. Ex his enĩ q̃ conceſſerim neceſſe ẽ bonos eẽ potẽtes: malos vo ĩbecilles. ⁊ phia applaudẽs Boetio dicẽs. Recte inqt pcurris. ⁊ illd ẽ ſignũ ſicẽ medici ſolẽt ſperare iudiciũ. i. ſignũ. erecte nature ⁊ nature reſiſtẽtis ſupple ipſi morbo. Notãdũ q ex lr̃a formatur talis ratio. quãdo duo intẽdunt aliqd ppoſitũ naturaliter qd id ppoſitum conſequit officio naturali eſt potẽs ⁊ quod non conſequitur illud ppoſitũ naturali officio eſt impotenſ. ſed tam boni q̃ mali tendunt naturalr̃ ad beatitudinẽ. et boni ipſam cõſequũtur naturali officio .ſ. virtute mali aũt non. ergo boni ſunt potentes mali vo impotentes. Nota q circa vltimũ q medici ſolent accipere ſigna pnoſcita ſanitatis ex egro quando patiens erigit ſe. ⁊ per ſe nitit̃ fortiori remedio. Sic ĩ boetio ſignum erat conualeſcentie ⁊ ſanitatis. q ipſe rationem phie remediãtem quaſi precurrens per ſe compleuit.

pedibus incedere valens ambulet. aliuſq cui hoc naturale pedum deſit officium: manibus nitens ambulare conetur: quis iure horũ valentior exiſtimari poteſt. B. Contexe inq cetera. nã quin naturalis officij potens eo qui idẽ nequeat valentior ſit nullus ambigat. P. Sed ſummum bonum quidem eque malis boniſq ppoſitũ: boni quidem naturali officio virtutum petunt. mali vo variam p cupiditatẽ qd adipiſcẽdi boni naturale officiũ nõ ẽ: idipſum conant adipiſci: an tu aliter exiſtias. B. Minime inq. nã etiã qd eſt cõñs patet. Ex his eni que cceſſerim bonos quidẽ potentes. malos vo eſſe neceſſe eſt imbecilles. P. Recte inquit pcurris. idq. vti medici ſperare ſolent. iudiciũ eſſe erecte iam reſiſtentiſq nature. Sed qm te ad intelligẽdum pmptiſſimũ eſſe cſpicio. crebras coaceruabo rõnes. Vide eni quanta vicioſorum

¶ Sed qm te. Hic phia coaceruat quaſdam alias rõnes breues ad ppoſitũ oſtendendum. ⁊ ſunt quatuor rõnes. ſcda ibi. Conſidera vo. tercia ibi. In qua re. quarta ibi. Cur enim Prĩo dicit. Sed qm te conſpicio pmptiſſimũ ad intelligendum. ego coaceruabo. i. componam. crebras rõnes. vide enim quãta pateat infirmitas vicioſorum hoĩm qui nec ad hoc queũt pueníre. ad qd dicit ⁊ compellit eos naturalis intentio. ⁊ quid eẽt de iſtis malis centendum ſi deſererentur hoc auxilio nature preeũtis tãmagno ac pene inui-

cto.q.d.nihil aliud cenſendum ē: niſi ꝙ impotentie eoꝝ hoc aſcriberetur. Notandū ꝙ tā boni ꝙ̄ mali vniuerſaliter tendūt ad bonū: ⁊ mali deficiūt ab eo qđ cōpetit eis ſm naturā. ex hoc arguit ſic. maxia ipotētia ē deficere ab eo qđ natura intēdit. ſꝫ hoc faciūt mali. ergo mali ſūt impotētes. Notandū ꝙ dicit pene inuicto: ꝙ appetitus naturalis boni nō hꝫ ꝯtrariū repugnās quo vincat: ſꝫ tm̄ ꝑ ignorātiā ⁊ errorē viciorꝝ ꝯuertitur ⁊ ita aliq̄ mō vincit lꝫ non directe.

hoīm pateat infirmitas: q̄ nec ad hoc q̄deꝫ ꝑuenire queūt. ad qđ eos naturalis ducit ac pene cōpellit intentio. Et quid ſi hꝫ tam magno ac pene īuicto precūtis nature deſererentur auxilio. Conſidera vo quanta ſceleratos homies habeat ipotentia. neqꝫ enim leuia aut ludicra premia petunt. q̄ cōſequi atqꝫ obtinere nō pñt. Sed circa ipaꝫ rerū ſummā verticem qꝫ deficiunt. nec ī eo miſeris cōtingit effectus. ꝙ ſoluꝫ dies noctesqꝫ moliunt. In q̄ re bonoꝝ vires emiñēt. Sicut eni eū qui pedibus incedēs. ad eū locum vſqꝫ ꝑuenire potuiſſet. quo nihil

¶ Conſidera vo quanta. Hic phia ponit ſcđam rōnē ⁊ dic. Cōſidera ex his q̄ dicā quāta īpotētia hēat ſceleratos homies. neqꝫ eñ petūt. i. appetūt premia leuia ⁊ ludicra. i. iocoſa. ſed ipſi deficiūt circa ipam ſummā ſupple ꝑfectionē reꝝ atqꝫ verticē. Nec ꝯtingit ipſis miſeris effect⁹ boni. in eo. i. ꝓpter hꝫ ꝙ ipſi moliunt. i. laborāt acq̄rere dies ⁊ noctes. i. trāſitoria ⁊ tpalia bona. Nota ex littera formaf talis ratio: quanto magis eſt illud a quo aliquis deficit: tanto maior eſt ſuus defectus ⁊ in maiorē impotentiam cadit. Sed illud a quo mali deficiunt. non eſt quid vile ⁊ modicum. ſed eſt ſummum bonū ergo malorū maxima eſt impotentia.

¶ In qua re bonorum. Hic phia ponit terciā rōnem ꝓbando bonos maxie eē potentes pertractando exēplū ſupra poſitū. ⁊ ex hoc cōcludit malos maxime eē impotētes. Et dicit In qua re. ſ. aſſuetudini bōi deſiderari eminēt vires bonorum ſupple ⁊ vires maloꝝ. Sicut eni cenſeres. i. iudicares. eſſe ambulādi potētiſſimū. q̄ pedib⁹ īcedēs potuiſſet ꝑuenire vſqꝫ ad eū locum quo vlterius nihil ꝑuiū. i. mānifeſtū iaceret inceſſui. ita neceſſe ē ꝙ eū iudices potentiſſimū. q̄ apphēdit finē expetēdorū. q̄ nihil ē vltra. tales aūt ſūt boni. Ex q̄ fit. i. ſequitur. qđ huic obiacet. i. ꝯriū ē. vt idē ſceleſti. i. mali. videant deſerti oibus virib⁹. Notandū ꝙ ſicut viator aliqs dicitur potēs cum ambulat ad eū locum vbi nihil amplius reſtat de via. ſic boni qū ꝑueniunt ad finem ⁊ ad bonū qđ tranſcendi nō pōt. iō dicūtur potentes. mali autē quia ipſum attingere nō poſſunt dicuntur impotentes.

¶ Cur eni virtute. Hic philoſophia ponit q̄rtā rōnē. ſcḋo excludit quādam dubitatōem. ibi. Q̄ḋ q̄dē. Rō quā ītendit in ſūma ē iſta. mali q̄ñ relīa virtute declināt ad vicia. aut ſciūt bonū eē adherere virtuti aut neſciūt.. neſciunt peccāt p̄ ignorātiā. nihil aūt ē impotētius ignorātia. ĝ mali pecantes igrantia ſūt impotētes. Si aūt ſciūt bonū eē adhērere virtuti: ⁊ reclinant ad vicia aut volentes dereliquunt bonū: a vtiō Si non volētes ſed attracti libidīe paſſionū conuertūť ad vicia. ſequiť q̄ ſūt impotentes. quia maxima impotētia eſt non poſſe reſiſtere paſſionibus. Si autem ſciētes et volētes relinquunt bonū ſequitur q̄ nō tm̄ fiunt ipotentes: ſ; etiā q̄ oīno nō ſūt Cum eñi oīs natura in q̄ntū

vlterius p̄uiū iaceret inceſſui. āmbulā dīpotētiſſimū eē cēſeres ita eū q̄ expetēdo fīnē quo nihil vltra ē app̄hēdit potētiſſimū neceſſe ē iudices. Ex q̄ fit q̄ḋ huic obiacet vt idē celeſti virib⁹ oībus videanť eē deſrti: Cur eni relicta virtute vicia ſectantur. inſcicia ne bonorū. ſ; quid eneruacius ignorantie cecitate. an ſectanda nouerunt. ſed tranuerſos eos libido p̄cipitat. ſic quoq̄ intp̄antia fragiles qui obluctari vicione queunt. An ſcientes volenteſq̄ bonum deſerunt. ad vicia deflectuntur. Sed hoc modo non ſolum potentes eſſe. ſed oīno eſſe deſinunt. Nam qui cōem oīum que ſunt finem relinquunt pariter quoq̄ eſſe deſiſtūt

hm̄ōi habeat ordinē ad finē: in quātum aliq̄d deſiſtit ab ordine ad fīnē: intantum deficit a natura. ⁊ p̄ ɔn̄s ab eſſe ipſius nature. Iſtā rōnē pretendit in littera dicēs. Cur eni relicta virtute mali ſectantur vicia. ne pro nūquid hoc eſt ex inſcicia. i. ex ignorantia bonoꝝ. Sed quid eſt eneruatius. i. debilius cecitate ignorantie. quaſi diceret. nihil. an ipſi nouerunt ſectanda bona. Sed ipſos tranſuerſos libido. i. cōcupiſcētia p̄cipitat in vicia. ⁊ ſic ipſi fragiles in tp̄antia. i. ꝓpter intemp̄antiā libidinis nequeūt vicio obluctari. i. reſiſtere An ſcientes ⁊ volētes deſerunt bonū. ⁊ deflectuntur ad vicia volūtate ⁊ ſcientia. ſed hoc modo nō ſolum potētes eſſe deſinunt: ſed omnino deſinunt eſſe. Cuius aſſignat rationem. nam qui relinquūt cōem finē omniū que ſūt. ſ. deum qui eſt ipſum eē. pariter eſſe deſiſtunt. Notandū q̄ primū ens veriſſime h̄; eē ipſum eſt cauſa eſſe oībus vt ſint. vt patet per cōmētatorē ſcḋo methaphi. ⁊ p̄ṁo celi ⁊ mūdi. Ab hoc ente deriuatū ē ſingulis eē ⁊ viuere. quāto ergo magis p̄ vicia recedat a primo eē tāto magis deſinit eē. Unde beatus Gre. in ii. mora. loquens de dyabolo dicit: q̄ dyabolus bene dicitur nō eē. q̄ a ſumma eſſentia receſſit. ⁊ per hoc quottidie

excreſcente defectu tendit ad non eſſe: quoniā ab eo qui verꝫ eſt eē cecidit.
Notādum ꝙ phia tres aſſignat cāſ ex quibus oē peccatū ꝓcedit. Qis eñi peccans: vel peccat ex ignorantia. ⁊ hūc modū p̄i° tangit. vl' peccat ex impotentia reſiſtendi. ⁊ iſtū ſcdo tangit. vel ex voluntate ⁊ malicia. ⁊ illū modum q̄ꝛ grauioꝛ eſt vltimo ponit.

hebetat᷑. vel ꝓpter cõſuetudinẽ ad tenebras: ſicut creditur eſſe de bubone. Cum enĩ bubo habeat alias aues ſibi inimicas: ideo de die in cauernis latitat. ⁊ alijs auib⁹ quieſcẽtib⁹ ꝓpter neceſſitatẽ vict⁹ de nocte volat. Notandũ ꝙ dicit Uide ꝗd eťna lex ſanctiat. Dicit btũs Auguſ. in li. de libero arbit. Lex eterna eſt q̄ iuſtũ eſt vt oĩa ſint ordinata. Et ideo ſm ordinẽ et᷒ nunq̄ȝ iuſtus deſtituit᷑ p̄mi is nec malus ſupplicijs.

¶ Quid igitur his ne accedam⁹. Hic oſtẽdit ph̄ia nõ eẽ cõſentiendũ opinioni vulgari: dicens. O Boeci ꝗd igit᷑ dicis. nũꝗd debent⁹ accedẽ ꝑ conſenſum his vulgarib⁹ ꝗs mõſtrauim⁹ ſiľes eẽ beſtijs. q. d. nõ. Et ħ manifeſtat ꝑ exẽplũ: dicens.

Quid igit᷑ his ne accedam⁹ quos beluis ſiľes eſſe monſtrauim⁹. Quid ſi ꝗs amiſſo penitus viſu: ip̄m etiam ſe habuiſſe obliuiſceret᷑ intuitũ: nihilq̄ȝ ſibi ad humanã perfectõem deeſſe arbitraret᷑. num vidẽtes eadem cecos putarem⁹. Nã ne illud quidez adquieſcẽt qđ eq̄ validis rationũ nitit᷑ firmamẽtis infeliciores eſſe eos q̄ faciãt q̄ȝ q̄ patiant᷑ iniuriã. B. Uellẽ inquã has ip̄as audire rõnes. P. Omnẽ inq̄t improbũ nũ ſupplicio dignũ negas. B. Minime. P. Infelices vo eſſe q̄ ſunt improbi multipliciter liquet. B. Ita eſt inquã. P. Qui igitur ſupplicio digni ſunt: miſeros eſſe non

Quid dicis ſi ꝗs hõ amiſſo penit⁹ viſu: obliuiſceret᷑ etiã ſeip̄m habuiſſe viſum: ⁊ arbitraret᷑ nihil deeſſe ſibi ad ꝑfectõez hũanã. nũquid hoĩs videntes. i. iudicãtes eadẽ cũ ceco: putarem⁹ eẽ cecos. q. d. ĩmo. ſup. ſili ſi vulgares dicerẽt ſe recte iudicare ⁊ ſe nõ eſſe beluas: adhuc nõ eẽt eis cõſentiendum. Notandũ ꝙ vulgares ⁊ imꝑiti iudicãt tanq̄ȝ lõge diſtãtes a veritate. qꝛ iudicãt ſm cõcupiſcẽtiã: nõ ſm rei veritatẽ: ꝓpter qđ nõ eſt aſtãdũ eoꝝ iudicio. Unñ Sen̄. in de remed. fortuitoꝝ dicit. Male opinant᷑ homĩes de te: ſed mali. mouerer aũt ſi ſapiẽtes hoc loquerent᷑. nũc autez malis diſplicere ẽ laudari: male de te loquũtur. mouerer ſi hoc iudicio facerẽt. nũc aũt morbo ignorãtie faciũt: male de te loquũtur. ꝗa bñ neſciũt loq̄.

¶ Nã ne illud ꝗdẽ adq̄eſcent. Hic ph̄ia ꝓbat illos eẽ miſeros q̄ faciũt iniuriã q̄ȝ q̄ patiunt᷑. Scđo et hoc cõcludit ꝙ iniuria nõ ẽ ip̄i⁹ patiẽtis: ſ; inferentis. Tertio inuehit᷑ ꝯ oratores. Scđa ibi. Hac igit᷑. Tertia ibi. Atq̄ nũc. Primo dicit. Nũquid vulgares nõ adq̄eſcent. i. credẽt: illud qđ nitit᷑ eq̄ validis firmamẽtis rõnũ. ſ. infeliciores eẽ eos q̄ faciũt iniuriã q̄ȝ q̄ patiant᷑ Dicit. B. Uellẽ audire has ip̄as rões. Tũc ph̄ia intẽdit duos ſyllogiſmos ad ꝓbãdũ intẽtũ: quoꝝ p̄m⁹ ẽ. Oĩs improb⁹ ẽ miſer. ſ; oĩs dign⁹ ſupplicio ẽ improb⁹. ergo oĩs dign⁹ ſupplicio ẽ miſer. ⁊ ꝑ ꝯñs quãto dignior ẽ ſupplicio:

tanto eſt miſerior. Secūdus ſyllogiſmꝰ eſt. quāto aliqs eſt dignior ſupplicio: tāto eſt miſerior. ſ faciēs iniuriā dignior eſt ſupplicio ꝙ patiēs. ḡ faciens iniuriā miſerior eſt ꝙ iniuriā patiēs. Primo īnuit pmū ſyllogiſmū: dicens. Nāquid negas oēs improbū eſſe dignū ſupplicio. Boetiꝰ dicit. Minime nego. Et multiplr liquet eos eſſe infelices q̄ ſunt improbi. Ita ē dicit Boetius.

dubitas. B. Cōuenit inquam. P. Si igit cognitor ait reſideres: cui ſuppliciū inferēdum putares. ei ne q̄ feciſſet: an q̄ ptuliſſet iniuriā. B. Nec ambigo inquā q̄n perpeſſa ſatiſfacerē dolore faciētis. P. Miſerior igit tibi iniurie illator ꝙ acceptor eē videret. B. Cōſequit inquā. Hac igit alijſqꝫ de cauſis ea radice nitētibus ꝙ turpitudo ſuapte natura miſeros faciat: apparet cuilibet illatā iniuriā nō accipiētis: ſ inferentis eſſe miſeriam. P. Atqui nūc ait cōtra faciūt oratores. Pro his em̄ qui graue q̄d acerbūqꝫ perpeſſi ſunt: miſeratōem iudicū

Igit dic phīloſophia qui digni ſit ſupplicio nō dubitas eos eē miſeros. Dicit. B. Cōuenit īquā ſup. pdictis. Tūc īnuit ſecūdū ſyllogiſmuꝫ. p modū īterrogatiōis: dicens. O Boeci: ſi tu reſideres cognitor: id eſt iudex cauſarū: cui putares īferēdum ſuppliciū. vl' ei q̄ feciſſꝫ īiuriā: vl' ei q̄ ptuliſſꝫ īiuriā. Dic. B. Nō ābigo. i. ſ dubito: q̄n ego ſatiſfacerē ppeſſo īiuriā dolore. i. cū ſupplicio faciēti īiuriā. Igit dic phīa illator īiurie videret tibi eē miſerior ꝙ acceptor iniurie. Dicit. B. Cōſeqt inquā ſup. pdicta. Notādū ꝙ ad eandē cōcluſionē ſic poſſet argui. Quicūqꝫ opat malū ex ꝓpoſito magis peccat ⁊ miſerior eſt ꝙ ipm ſuſtinēs ſine ꝓpoſito ⁊ volūtate. ſ inferēs iniuriā peccat ex ꝓpoſito ⁊ ex volūtate. ſuſtinens aūt ſuſtinet ꝯ volūtatē. ḡ īferēs īiuriā peior ē ⁊ miſior patiēte īiuriā. ¶ Hac igit alijſqꝫ de cauſis. Hic phīa cōcludit ex dictis ꝙ quelibet iniuria nō eſt miſeria patiētis: ſ inferētis dicēs. Hac igit de cauſa: q̄a inferēs iniuriā miſerior eſt patiēte: ⁊ ex alijs cauſis ea radice. i. fundamēto nitētibꝰ hoc. ſ. fundamēto ꝙ turpitudo facit hoīes miſeros ſuapte natura. i. ſua ꝓpria natura. Ex hoc apparet iniuriā cuilibet illatā nō eſſe miſeriā accipientis. i. patiētis eā: ſ inferētis. Notandū ꝙ ex lrā ſic pōt argui. Turpitudo ꝓpria natura ſua facit hoīem miſerū. ſ turpitudo eſt in inferēte iniuriā ⁊ nō in patiēte. ḡ inferēs iniuriā eſt turpis ⁊ miſer. ⁊ p cōſequēs iniuria nō eſt miſeria patiētis: ſ eam inferētis.

¶ Atqui nūc ait. Hic phīa īuehit ꝯ oratores. Secūdo cōcludit ex dictis ꝙ odiū nō hꝫ locū apud ſapiētes: ibi. Quo fit. Primo īuehit cōtra oratores qui inducūt iudices ad miſerandū patiēti iniuriā: cū tamē potius miſeran

dum ſit facienti iniuriā. et oratores. i. cauſidici: quoꝝ officiuʒ eſt ꝑſuadere iudici. Iſti faciūt nūc cōtrarium. qꝛ ipſi conant̄ excitare miſeratiōem iudi-cum ꝓ eis qui perpeſſi ſunt graue et acerbū quid. cuʒ magis iuſtioꝛ miſeratio debeat̄ admittētibus. i. faciētibus malum. quos iniuriātes opoꝛtebat̄ duci ad iudiciū velut egros ad medicū. non ab iratis accuſatoꝛibus: ſed a

excitare conātur: cuʒ magis admittētibus iuſtioꝛ miſeratio debeat. quos non ab ira-tis: ſed a ꝓpicijs potius miſerātibuſꝙ ac-cuſatoribus ad iudiciū veluti egros ad me dicū duci oportebat. vt culpe morbos ſup plicio reſecarent: quo pacto defenſoꝝ ope ra vel tota frigeret. Uel ſi ꝓdeſſe homini-bus mallet: in accuſatōis habituʒ vertere-tur. Ipſi quoꝙ improbi ſi eis aliqua rimu la virtutē relictam fas eſſet aſpicere: vitio-rumꝙ ſordes penarū cruciatibus ſe depo ſituros viderent/ cōpenſatiōe adipiſcende ꝓbitatis. nec hoc cruciatus eſſe dicerent: defenſorūꝙ operā repudiarēt: ac ſe totos accuſatoribus iudicibuſꝙ permitterent.

ꝓpicijs ⁊ mi-ſerātib⁹: vt re ſecarēt mor-bos cl'pe ſup plicio. i. pēa. quo ſup. or-dine pacto ſi homīes mo-uerent miſe-ricordia er-ga facientes iniuriā. ope-ra. i. diligen-tia. defenſo-rū. i. defende revolentium iſpos. illa to-ta frigeret. i. ceſſaret. Uel ſi mallet pro deſſe homini bus iniuriā-tibus: tūc de fenſio eorum verteret̄ i ha bitū accuſatōis. ita ꝙ ille q̄ fuit defenſoꝛ fieret accuſatoꝛ. Ipſi q̄ʒ improbi ſi eſſet eis fas aſpicere virtutē relictā aliq̄ rimula. i. cognitōe: ipſi viderēt ſe depoſituros ſordes vitioꝝ cruciatib⁹ penaꝝ ꝯpēſatiōe. i. cauſa adipiſcēde ꝓbitatis. nec ipſi dicerēt. i. reputarēt cruciat⁹: ſ; ipſi repudiarēt. i. ſpernerēt operā. i. diligentiā defenſoꝝ: ⁊ ſe totos ꝑmitterēt accuſatoꝛib⁹ ⁊ iudicib⁹.

Nota ꝙ miſericordia ⁊ miſeratio eſt virt⁹ ſm quam aliq̄s ꝯpatit̄ aliene miſerie. Cui ḡ ineſt maioꝛ miſeria: ei debet̄ maioꝛ miſericordia. ſ; declara-tum eſt maiorē eē miſeriā inferētis iniuriā q̄ꝫ patiētis. ḡ ad miſerāduʒ eis maxime debēt induci iudices. Cui⁹ ꝯtrariū faciūt oratores. qꝛ inducunt iudi ces ad miſerandū patiētibus iniuriā. Notandū ꝙ facientes iniuriā ac-cuſandi ſunt nō ex ira: ſ; ex cōpaſſiōe ⁊ miſericordia: ⁊ penali remedio moꝛ bus culpe eoꝝ auferat̄. ſicut eni egris nō eſt inſultandū: ſ; pot⁹ cōdolēdū ſic ⁊ iſtis q̄ morbo vitioꝝ affecti ſunt ⁊ poti⁹ ſunt accuſandi q̄ꝫ defendendi vt penali acerbitate eoꝝ malicia minuat̄. Etiā ſi mali perpenderēt ſordes vitioꝝ ⁊ dignitates virtutū: nō reputarēt cruciat⁹. ſ; ſe accuſatoribus ⁊ iu dicibus volūtarie afferrerent puniēdos.

¶ Quo fit. Hic phia ex dictis cõcludit q odiũ nõ hz locũ apud ſapiẽtes. et dicit. Quo fit. i. ex dictis ſequit. vt apud ſapiẽtes null⁹ loc⁹ relinquat odio Nã qs oderit bonos niſi ſtultiſſim⁹: Malos ꝟo odiſſe caret rõe. i. eſt irrationale. Nã ſicut languor eſt morb⁹ corpoꝝ: ita vitioſitas eſt morb⁹ aĩoꝝ. Cũ ergo egrotos corpore minime iudicem⁹ dignos odio: ſed potius miſeratione: multo magis nõ inſequendi ſunt odio: ſed potius miſerandi: quoꝝ mẽtes vrget improbitas: id ẽ malicia. exiſtens atrocior: id ẽ crudelior omni languore corporali. Nota q ſapientes nõ debẽt odire malos qa dicit Seneca ad Lucillũ. Hunc affectum ſapientes habeant aduerſus malos: quem habet medicus aduerſus ſuos egros. qui eos non odio ſed remedio ſtudet cõtrectare qui nec reliqas egrorum: nec effuſa dedignatur intueri.

Quo ſit vt apud ſapiẽtes null⁹ prorſus odio loc⁹ relinquat. Nam bonos quis niſi ſtultiſſim⁹ oderit: malos ꝟo odiſſe ratione caret. Naz ſicuti corpoꝝ languor: ita vitioſitas ẽ quaſi morb⁹ animoꝝ. Cũ egros corpe minime dignos odio: ſed poti⁹ miſeratione iudicem⁹. multomagis nõ inſequẽdi ſꝫ miſerendi ſunt: quoꝝ mentes omi languore atrocior vrget improbitas.

Metrũ quartũ: quarti libri.

Quid tãtos iuuat excitare motus
Et ꝓpria fatũ ſollicitare manu:
Si mortẽ petitis: ꝓpinquat ipſa
Spõte ſua: volucres nec remorant equos.
Quos ſerpẽs: leo: tigris: vrſus: aper
Dente petũt: idem ſe tñ enſe petunt.
An diſtant quia diſſidentqꝫ mores.
Iniuſtas acies ⁊ fera bella mouent.
Alterniſqꝫ volunt perire telis.
Non eſt iuſta ſatis ſeuitie ratio.
Vis aptam meritis vicem referre.
Dilige iure bonos: ⁊ miſereſce malis.

Quid tantos iuuat excitare motus. Hic incipit quartum metrũ huius quarti: qđ dicit valenticũ ab inuentore. ſecundũ dicitur penthametrũ ſiue elegiacũ. In q phia exclamat ꝯ hoĩes q bellicis motib⁹ ex odio ſemetipſos ad mortẽ deducũt dicẽs. Quid iuuat. i. q vtilitas ẽ excitare tãtos mot⁹. ſ. odij. ⁊ qđ iuuat ſollicitare. i. ſollicite exqrẽ. fatũ. i. mortẽ ꝓpria manu. q. d. nulla eſt vtilitas. Eſt aũt rõ hec. quia ſi mortez petitis. i. deſiderat-

apto . aſ. order deſpex

tis ſiue veſtrā ſiue alioꝝ ꝓpinquat ſpōte ſua. nec remoratᷣ. i. retardat. volu-cres. i. veloces equos. Mirādū eſt etiā ꝙ hoīes quos leo. ſerpens. tigris. vrſus. aper dente petūt. i. īuadūt: ꝙ idē hoīes petūt. i. īuadūt ſe enſe: vt ſe mutuo interficiāt. Et q̄rit phīa. Nūquid hoīes mouēt iniuſtas acies τ fe-ra bella: τ volūt perire alternis telis. i. mutuis ſagittis. ideo q2 mores eoꝝ diſſtāt τ diſſi-dēt. i. diſcor-dant. Certe iſta ratio ſe-uicie: nō ē ſa-tis iuſta vis. ergo referre: id ē reporta-re aptā vicez. i. viciſſitudi-nem meritis tā bōi q̄ ma-li: dilige bo-nos τ miſere-ſce malis.

Notādum ꝙ dicit mor-tē nō retarda-re ſuos eq̄s. ꝑ equos mor-tis intelligūtur partiales diſpoſitiōes periodi per quas homo ad mortem tendit. Quilibet eñ homo habet certam τ determinatā periodum ſue vite eo ꝙ forme oīm rerū ſunt in terminis. i. in corpibus celeſtibus virtualiter vt patet. ij. de generatōe. Notandū ꝙ phīa hic non excludit licentiā ge-rendi iuſtū bellū: ſ; iniuſtū. q2 dicit iniuſtas acies. Bellū eñ iuſti ꝯcedit. τ ideo gerit vt aliq̄s nitēs cōtra iuſticiā ad iuſticiā reducatᷣ.

## Proſa quinta quarti libri.

b Hinc ego video inquā que ſit vel felicitas vel miſeria in ipis ꝓboꝝ atq; im-proboꝝ meritis cōſtituta. Sed in hac ipa fortuna populari nō nihil boni: maliue ieſſe perpēdo. Neq; eñ ſapientū quiſq; exul inops ignominioſuſq; eſſe malit potius q̄ pollens opibus: honore reuerendus: po-tentia validus in ſua permanēs vrbe flore-re. Sic eñ clarius teſtatiuſq; ſapīe tractatᷣ officiū ſapiētis: cū incōtingētes ppl̄os re-gentiū quodāmodo beatitudo trāſfunditᷣ.

Hinc ego video. Iſta eſt quinta ꝓſa huius quarti. quia Boetius pri-us conquerebatᷣ bonis mala τ malis bona cōtingere: propter qđ eti-am reputabat iſtarum fortunarū vices nō ex ordine diuine ꝓuidentie: ſed ex caſu ꝓuenire. Ideo philoſophia ſuper hoc conſolatᷣ Boetiuz: aſſignan-do cauſas quare bonis mala τ malis bona cōtingant. Et primo Boetius exprimit ſuum dolorem in hoc ꝙ vices fortunarū videntur confuſe τ inor-dinate diſponi. Secundo aſſignat philoſophia cauſam huius apparentie. Tertio ipſum cōſolatur aſſignando cauſas p̄dictorum. Secunda ibi. Nec mirum. Tertia ibi. Ita eſt inquit. Primo Boetius p̄mittit quedam. Se-cundo exprimit cauſam ſui doloris: ibi. Cum p̄ſertim. Primo dicit. Ego video hinc. i. ex dictis. que felicitas ſit cōſtituta in meritis proboꝝ: ſcilicet deos fieri. τ que ſit miſeria conſtituta in meritis improborū: ſcilicet tranſ-formari in beluas. Sed ego perpendo. i. iudico. non nihil. i. aliquid: boni vel mali eſſe in hac fortuna populari. i. in proſperitate fortuita. Quod pro-bat. Neq; eñ quiſq; ſapientū malit. i. magis vult eſſe exul. inops. ignomi-

nioſus.i.infamis:potius ꝙ pollēs opibꝰ:ꝙ renerēdus honore. validꝰ potētia.⁊ in ſua vrbe ꝑmanēs florere. Sicut eñ ꝑ hmōi bona fortune officiū ſapiē.i.ſapiētis:tractaꝛ clarꝰ ⁊ teſtatiꝰ.i.cū maiori teſtimōio.qꝛ talibꝰ plꝰ crediꝛ:cū btitudo regētiū trāſfundiꝛ.i.dilataꝛ. in pplos ꝯtingētes.i.vicinos. Notandū ꝙ in bonis fortuitis eſt aliqd boni. qꝛ ꝑ ipa ſapiēs expeditiꝰ tractat officium gubernādi ſbdttos. Qui eñ diuitijs: potētia et fama ꝑcellunt alios: aptiores ſunt ad regēdam rēpublicā quia aptiores ſunt ad ſubueniēduz oppſſis:⁊ ad deprimendum malos. ad ꝓtegendū bonos. ad expugnādū inimicos. Et ita ſapienti q̄ tractat negociū reipubli. neceſſaria eſt potētiā ⁊ diuitiaꝝ abūdantia. Sz ſapiēti qui vacat cōtemplationi diuitie ſunt onerose. qꝛ nimiā inde gerit ſollicitudinē.

Cum pſertim carcer:lex:ceteraqꝫ legaliū tormēta penaꝝ ꝑniciosis potiꝰ ciuibꝰ:propter quos etiā ꝯſtituta ſunt debeant. Cur hec igiꝛ verſa vice mutenꝛ: ſcelerūqꝫ ſupplicia bonos ꝑmant: ꝑmia virtutū mali rapiāt vehemēter admiror:queqꝫ taz iniuſte confuſiōis ratio videatur ex te ſcire deſidero. Minus etenim mirarer:ſi miſceri oīa fortuitis caſibus crederem. Nūc ſtuporez meum deus rector exaggerat. qui cuz ſepe bonis iocunda:malis aſpera:cōtraqꝫ bonis dura tribuat:malis optata concedat: niſi cauſa deprehendatur:quid eſt ꝙ a fortuitis caſibus differre videatur. P.

¶Cum pſertim carcer lex. Hic Boetiꝰ exꝑmit cām ſui doloris ⁊ admirationis dicens. Cū lex ⁊ carcer ⁊ cetera tormēta legaliuz penaꝝ potiꝰ debeanꝛ ꝑniciosis.i. malis ciuibꝰ ꝓpter q̄s cōſtituta ſunt. ego vehementer admiror cur hec tormēta viceuerſa.i. ꝯrio mō mutenꝛ. ita vt ſupplicia ſcelerū.i.maloꝝ ꝑmant bonos.⁊ mali rapiāt ꝑmia virtutū.i.virtuoſoꝝ. Et ego deſidero ⁊ pbta ſcire ex te q̄ videaꝛ eſſe ratio.i.cauſa tam iniuſte ꝯfuſiōis. Minus eñ mirarer ſi crederē oīa miſceri fortuitis caſibꝰ. Nūc autē deꝰ rector oīm exaggerat.i. augmētat ſtuporē meū. qui deus cū ſepe bonis iocunda: malis aſpera tribuat.⁊ cōtra.i. per cōtrariū bonis dura tribuat:malis optata concedat. niſi deꝑhendaꝛ.i.cognoſcaꝛ cauſa huiꝰ;quid eſt qđ hoc videatur differre a fortuitis caſibus.q.d.nihil. Notandū ꝙ tormēta legalia ſicut carcer. mēbroꝝ mutilatio. flagellatio ⁊ hmōi ſunt inuenta ꝓpꝛ malos.⁊ iſta ſepiꝰ videnꝛ infligi bonis malis euadētibus. ⁊ ſuper hoc admiraꝛ Boeꝛ. cum tñ deus debeat punire malos: ⁊ remunerare bonos. Et niſi huiꝰ rō cognoſcaꝛ q̄re hoc ꝯtingat: nihil eſt q̄n talia videanꝛ ꝯtingere a caſu ⁊ a fortuna. ⁊ nō ſubiacere regimī ꝓuidētie diuīe: qđ abſurdū eſt.

¶ Nec mirũ inqͣt. Hic ph̄ia aſſignat cauſam apparentie talis cõcluſiõis. qꝛ ſic videt̃ eſſe ꝓpter ignorantiã cauſe. Et dicit. Nec mirũ ſi quid credat̃ confuſum ⁊ temerariũ. ſ. cauſale in iſtis inferioribus: ignorata ratiõe ordinis. ſcʒ diuine ꝓuidentie. Sʒ q̃uis tu ignores cauſaʒ tante diſpoſitõis diuine. tamq̄ bon⁹ rector. ſ. de⁹ tẽperat mundũ ſua bonitate: ideo nõ dubites cuncta recte fieri

Notandũ ꝙ mirũ ẽ cuius cauſa neſcit̃. ꝓ tanto eñi multi mirant̃ de eclipſi ſolis: qꝛ cãʒ ignorãt. Et qꝛ Boet. ignorabat cauſam hui⁹ confuſionis q̃re bõis mala ẽt mal' bona cõtingãt. idõ ħ admirabat̃ ⁊ cãʒ admirationis ei⁹ fuit ignorãtia diſpoſitiõis diuine ꝓuidentie.

Nec mirũ inqͣt ſi quid ordinis ignorata ratõe temerariũ cõfuſumqꝫ credatur. Sed tu q̃uis cauſaʒ tante diſpoſitõis ignores: tñ quoniã bon⁹ mũdũ rector temꝑat: recte fieri cuncta ne dubites.

## Metrũ quintũ quarti libri.

Si quis arcturi ſydera neſcit
Propinqua ſummo cardine labi.
Cur legat tardus plauſtra boetes.
Mergatqꝫ ſeras equore flãmas.
Cum nimis celeres explicet ortus
Legem ſtupebit etheris alti.

Si quis arcturi ſydera neſcit. Iſtud eſt q̇ntũ metrũ hui⁹ quarti: qḋ dr̃ alemanicũ ab inuẽtore: dactilicũ a pede ꝑdñante. tetrametrũ. i. q̃tuor pedũ. hypercathalecticũ. i. abũdans ĩ vna ſyllaba. In q̇ metro ph̄ia declarat quõ ea quoꝝ cauſe non apparẽt videnť mira. Scðo oñdit quõ cognita cauſa ceſſat admiratio: ibi. Nemo mirat̃ flamĩa. Primo oñdit ꝙ ꝓpter latentiã cauſaꝝ hoĩes mirant̃. ⁊ inducit de hoc duo exẽpla. Primũ ẽ de eo qḋ accidit in ſtellis iuxta polũ ſeptẽtrionaleʒ. qꝛ ille ſtelle ceteris ſtellis remotiorib⁹ tardi⁹ mouent̃: ⁊ tñ veloci⁹ oriunt̃. qui aũt ignorat cãm hui⁹: illi videt̃ hoc mirũ. Vñ dicit. Si quis neſcit ſydera arcturi. i. maioris vrſe. labi. i. volui. ꝓpinq̄ ſũmo cardĩe. i. cardini: ponẽdo ablatiuũ ꝓ datiuo. cauſa metri. i. polo ſeptẽtrionali. ille ſtupebit. i. admirabit̃. legem alti etheris. i. firmamẽti. Cur boetes. i. ſtella tardus. legat. i. ꝑtranſeat. plauſtra. i. ſtellas plauſtri. ſ. maioris vrſe. ⁊ mergat ſeras flãmas equore: loquẽs more poetico: q̇ ſequẽtes iudiciũ vulgi dicũt ſtellas tingi in mari qñ occidũt. Et dicit̃ boetes mergere ſeras flãmas. i. lumĩa ſua tarda. qꝛ nunq̄ ea mergit. Et eſt modus loquẽdi: id qḋ nunq̄ fit tarde fit. cũ tñ boetes explicet ort⁹ nimis celeres: eo ꝙ in ꝑncipio noctis nobis ſtatim apparet. Secundũ exemplũ eſt de eclipſi lune: quã neſciẽtes cãm adeo aliq̇ admirant̃ ꝙ putãt ei⁹ eclipſim cõtingere ꝑ incantatõem. ⁊ volẽtes auxiliari lune ⁊ impedire ne audiat incantatõem: cõcutiũt oĩa vaſa erea ⁊ ſonora tꝑe eclipſis. Vñ dic̃ in lr̃a.

plauſtrũ · i · carro ; celer · ris · e · legero

Cornua plene lune palleāt. qꝛ īciplēte eclipsi luna incipit apparere corniculata. cornua infecta metis .i. terminis opace noctis .i. vmbre terre. ꝛ phebe .i. luna. cōfusa .s. ꝓuatōe lumīs. detegat .i. apparere faciat astra minora. que texerat .i. latere fecerat. fulgēti oꝛe .i. abūdātia sui fulgoris. Tūc publicus erroꝛ quo putat̄ lūna incātari: cōmouet gētes. et lassant .i. fatigāt. era .i. vasa erea vel cāpanas crebris pulsibus. Notādum ꝙ arcturus dr̄ ab arctos qđ est vrsa: q̄ ē q̄dā signū iuxta polum septētrionalē qđ nos vulgariter plaustrum nomīamus. ꝛ sic accipit beatus Gregoꝛ. super Job: dicens Arcturus sēpē stell' maxime lucet. sēper mouet̄ et nunꝙ mergitur. Notādum ꝙ stelle circa polū articū mote sicut arctur⁹. ꝛ alie stelle mouent̄ tardi⁹ alijs stellis remotioꝛib⁹ a polo artico. qꝛ mīoꝛē circulū suo motu describūt ꝛ stelle remotiores maiorem. Vñ cū stelle remotiores ineq̄li tp̄e ptrāseāt maioꝛē circulū in quo stelle ꝓpinquiores minorē. qꝛ ambo circūuoluūtur semel in die naturali. patet ꝑ diffinitōem velocitatis ꝛ tarditatis ꝙ stelle ꝓpinquiores polo tardi⁹ mouent̄: ꝛ remotiores velocius. Illud enī mouet̄ tarde qđ ineq̄li tp̄e ptrāsit min⁹ spaciū: ꝛ illud mouet̄ velociter qđ inequali tp̄e ptrāsit magis spaciū.

Palleant plene cornua lune
Infecta metis noctis opace.
Queqꝫ fulgenti texerat oꝛe
Confusa phebe detegat astra
Cōmouet gentes publicus erroꝛ.
Lassantqꝫ crebris pulsibus era.
Nemo mirat̄ flamina choꝛi.
Littus fremēti tundere fluctu
Nec niuis duram frigoꝛe molem.
Feruenti phebi soluier estu.
Hic eñ causas cernere ꝓmptum est.
Illic latentes pectora turbant
Cuncta: que rara ꝓuehit etas.
Stupetqꝫ subitis mobile vulgus.
Cedat inscitie nubilus erroꝛ.
Cessent ꝓfecto mira videri.

Notandū ꝙ luna recipit lumē suū a sole. si ḡ corp⁹ opacū interponit̄ impediēs ne lumē solis ꝑueniat ad lunam vel in toto vel in pte: necesse est lumen lune deficere vel in toto vel in pte. ꝛ hoc est lunā eclipsari.

¶ Nemo mirat̄ flamīa choꝛi. Hic ostēdit phia ꝙ cognita cā cessat admiratio: dicēs. Nemo mirat̄ flamīa choꝛi: talis vēti. tūdere .i. ꝑcutē. litt⁹ fremēti fluctu .s. maris. Et h̄ dicit ꝓ tāto. qꝛ vēto flāte aq̄ maris cedit ꝛ ad litt⁹ resistens repercutit̄. Nec etiam aliquis mirat̄ molem .i. magnitudinē niuis frigoꝛe duram .i. cōgelatam. soluier .i. solui. Et hic est paragoge .i. additio

ſyllabe ad finẽ dictõis ꝓpter neceſſitatẽ metri. ergo ponitur ſoluer p ſolũt ferueñti eſtu phebi .i. ſolis. Hic eñ .i. in iſtis exemplis. ꝓmptũ eſt cernẽ cauſas. q̃re vent⁹ impellit mare: q̃re ſol liq̃facit niuẽ. ꝫ illic in p̄orib⁹ exẽplis latẽtes cauſe turbãt pectora ſup. p admiratiõez. ⁊ mobile vulgus ſtupet .i. mirat̃. ſubitis .i. de ſubitaneis euẽtibus. ⁊ ſtupet cũcta que ꝓuehit .i. ꝓducit rara etas .i. q̃ raro eueniũt. ꝫ ſi vis caſſare admiratõem: nubilus error ſcitie .i. ignorãtie cauſaꝝ cedat .i. r̃cedat ⁊ accedat noticia cauſaꝝ. ꝓfecto .i. pro certo: tũc ceſſet videri mira: q̄ pri⁹ ſtãte ig̃rãtia videbãt̃ mira. Notãdũ ꝙ ſacerdotes i egypto ꝓpter admirari inceperũt philoſophari. videntes eñ eclipſes ſolis ⁊ lune ⁊ ignorãtes cauſas mirabantur: cauſas eaꝝ inq̃rẽtes. quib⁹ inuẽtis habuerũt ſcientiã eaꝝ eclipſiũ: eo ꝙ ſcire eſt cauſam rei cognoſcere. cognita ergo cauſa cognoſcit̃ res: ⁊ ꝑ cõſequẽs ceſſat admiratio.

## Proſa ſexta quarti libri.

I Ta eſt inquam. Sed cuz tui muneris ſit latentiũ rerũ cauſas euoluere: velataſq; caligine explicare rõnes: queſo vti hinc decernas. qñ hoc me miraculũ maxime ꝑturbat ediſſeras. P. Tũ illa pauliſꝑ arridens. Ad rem me inq̃t oĩm q̃ſitu maximã vocas: cui vix exhauſti quicq̃ʒ ſatis ſit Talis nãq; materia eſt: vt vna dubitatiõe ſucciſa: innumerabiles alie velut hydre capita ſuccreſcant. Nec vllus fuerit modus niſi quis eas viuaciſſimo mẽtis igne coerceat. In hac eñ de ꝓuidentie ſimplicitate

Ita eſt inquã. Hic incipit ſexta ꝓſa hui⁹ q̃rti. in qua ꝓſa pħia cõſolando Boetiũ aſſignat cauſas p̄dictoꝝ q̄ vident̃ mira in diuia gubernatiõe ꝓpter ignorantiã cauſe. Et primo Boeti⁹ petit ſibi explicari iſtas cauſas. ⁊ pħia tangit difficultatẽ explicatõis eaꝝ. Secũdo ꝓmittit ſe velle aſſignare cauſas. Et tertio eas aſſignat. Secũda ibi. Sed qñ. Tertia ibi. Omnium generatio. Primo Boeti⁹ cõcedit qd̄ dictũ eſt de admiratõe hominuz ꝓpter ignorantiã cauſaꝝ: dicẽs. Ita eſt inquã. Tũc petit explicari cauſas admiratõis eoꝝ que cõtingũt in diuina ꝓuidentia ⁊ diſpoſitõe dicens. O pħia cum euoluere .i. elucidare cauſas latentiũ reruz ſit tui muneris .i. tue gratie: ⁊ explicare rõnes velatas caligine .i. rõnes obſcuras ⁊ difficiles. queſo vt hinc .i. de iſta difficultate. diſcernas .i. iudices. ⁊ ediſſeras .i. diſputes qñ hoc miraculũ maxime me ꝑturbat .ſ. q̃re malis bona ⁊ bonis mala eueniãt. Et pħia pauliſper arridens Boetio inquit. Ad rem maximã oĩm queſitu .i. ad maximã queſtionẽ. vocas .i. incitas me: cui vix quicq̃ʒ exhauſti ſatis ſit ei ad quã exhauriendã ⁊ ſoluendã vix aliq̃d ſufficit. Talis nãq; eſt

de fati ſerie. de repentinis caſibus. de co-
gnitõe ac predeſtinatõe diuina de arbitrij
libertate q̄ri ſolet. Que quanti oneris ſint
ipſe perpendis. Sed qm̄ hec q̄z te noſſe q̄
dam medicine tue portio eſt quanq̄z angu
ſto limite temporis ſepti. tn̄ aliquid deli-
berare conabimur. Qd̄ ſi te muſici carmis
oblectamēta delectant. hanc oportet pau-
liſper differras voluptatē. Dum nexas ſi-
bi ordine cōtexo rōes. B. Ut libet inquā
P. Tum velut ab alio orſa principio ita
diſſeruit. Omnium generatio rerum cun-
ctoſq̄z mutabiliū naturarum progreſſus. ⁊

materia quā petis declarari. vt vna dubitatõe ſucciſa. i. ſoluta. innūerabi-
les alie ſuccreſcāt. velut capita hydre. quoꝝ vno ablato tria ſuccreſcebāt.
nec fuerit mod⁹. i. termin⁹ dubitatõnum. niſi q̄s eas coerceat viuaciſſimo
igne. i. ardēti inueſtigatõe mētis: In h̄ eni mā q̄ri ſolet de ꝓuidētie ſimplici
tate. de ſerie fati. de repētinis caſib⁹. de p̄deſtinatiõe diuina. de libtate ar
bitrij. q̄ oīa quāti oneris: i. difficulta-
tis ſint ad de terminādum tuipſe ꝑpen-
dis. Notandū q̄ ſapien-
tis ē ſcire oīa vt ↄtingit ex
ꝓhemio me-
thaphiſice. ⁊ cuz ſcire ſit ꝑ
cām prīo po-
ſteriorū. Sa-
piētis ē euol
uere cās rez
latentiū. Jō
dicit Boeti⁹
ad phiam.
Tui muneris
ē euoluere ca
ſus. Notādū q̄ dicit phiam pauliſꝑ ſibi arriſiſſe ꝑ h̄ phia innuit morē et
habitū ſapiētū. q̄ audita ſimplicitate impitoꝝ arridēt eiſ ↄgratulādo q̄ ipi
cū auiditate ſapiam q̄rūt. Notādū ſm fabulas hydra fuit ſerpēs in lerna
palude. hñs plura capita q̄ꝝ vno ſucciſo tria excreſcebant quē cū hercules
cū ſagittis interficere nō poſſet. greco igne ipſum ↄſumpſit.
¶ Sz qm̄ hec. Hic phia ꝓmittit velle aſſignare cās dicēs. Qm̄ hec noſſe
te ē q̄dā portio. i. ps tue medicīe. quāq̄z ſim⁹ ſepti. i. ↄcluſi anguſto. i. breui
limite tpis. tn̄ aliq̄d deliberare conabimur. S̄ ſi te delectāt oblectamenta. i.
ſuauitates. muſici carmīs. i. metri. oz q̄ differas pauliſꝑ. i. modicū hāc vo-
luptatē. donec ↄtexo. i. formabo rōnes ſibi nexas. i. ↄiūctas ordīe dic. B.
vt libet inq̄z. i. vti tibi placet. tūc ipſa phia orſa. i. īcipiēs loq̄. velut ab aliq̄
p̄ncipio ita diſſeruit. i. diſputauit. Notandū ꝑ hoc q̄ dicit. Nos ſepti an
guſto limite tpis. īnuit phia p̄ntē materiā adeo eē difficilē. q̄ totū tp̄s p̄n-
tis vite qd̄ breue ē vix ſufficit ad p̄dicta plenarie declarāda. Notandū q̄
dicit phiam orſam fuiſſe ab alio p̄cipio. nā illa que phia pri⁹ ꝓbauit de-
ducunt ex h̄ p̄ncipio. q̄ de⁹ ē ꝑfectū bonū ⁊ vltim⁹ finis oīm. q̄ āt nūc vult
demōſtrare deducūt ex h̄ p̄cipio. q̄ de⁹ ē p̄cipiū effectuū oīm vt patebit
¶ Omniū generatio rerum. Hic phia ꝓſequitur intentum volens aſſigna
re caſus. quare bonis mala ⁊ malis bona contingant. et primo declarat q̄-

dam ad ſuã determĩationẽ neceſſaria. ſcđo ponit ſuã deťminationẽ. Scđa ibi. Que vo inqđs. Pꝛĩo pħia deťminat de ꝓuidentia diuina ⁊ de fato. ſecundo oſtendit que ſint ea que fato diſponuntur: ſcđa ibi. Ea ſeries. Primo oſtendit quid nominetur diuina ꝓuidentia. ⁊ quid fatum. ſecundo tangit differentiã inter ea aſſignando diffinitiones vtriuſqꝫ. Tercio ponit di-

quicqđ aliquo mouetˀ mõ cauſas ordinez ex diuine mẽtis ſtabilitate ſoꝛtitur. Hõc i ſue ſimplicitatis arce compoſita. multiplicem rebus gerendis modũ ſtatuit. qui modus cuz in ipſa diuine intelligentie puritate conſpicitur prouidentia noĩatur. Cum vero ad ea que mouet atqꝫ diſponit refertur fatum a veteribus appellatum eſt.

diuerſas opiniões circa fatũ. Quarto infert quandaz ꝯcluſionẽ circa fatum ⁊ ꝓuidentiã: ſecũda ibi Que licet diuerſa. tercia ibi. Siue igitur quarta ibi. Quo fit. Pꝛĩo diĉ Generatio oĩum rerũ. cunctoſqꝫ ꝓgreſſus naturarũ mutabiliũ. ⁊ qcqđ alio mõ mouetˀ. illud ſoꝛtitˀ cauſas generatõis ⁊ mutatõis. ⁊ ordinẽ generatõis ⁊ mutatõis. ⁊ formas quibus generatˀ vel mouetˀ ſubſtantiales vel accidẽtales oĩa iſta ſoꝛtitˀ ex diuine mẽtis ſtabilitate. Hec enim mẽs diuina ꝯpoſita. i. ſtabilita.. in arce. i. in altitudinẽ ſue ſimplicitatis. ſtatuit rebꝰ gerendis. i. fiendis multiplicem modũ. qui modus cũ conſpicitur. i. conſideratur in ipſa puritate diuine intelligentie. i. ſm eẽ qđ hꝫ in intellectu diuino noĩatˀ ꝓuidentia cũ vero iſte modꝰ refertˀ ad ea que mouet ⁊ diſponit. a veteribꝰ. i. ab antiquis fatũ appellatũ eſt. Notandũ ꝙ oĩa a pꝛĩo ſunt mutabilia. aliq̃ mouentˀ ſm ſubſtantiã vt gñabilia ⁊ coꝛruptibilia q̃tũ ad illa dicit. Omnĩ generatio rerũ. Alia aũt ſũt mutabilia ſm locũ ⁊ non ſm ſubſtãm. vt coꝛpa celeſtia. q̃tũ ad illa dicit. Cunctoſqꝫ mutabiliũ naturaꝝ ꝓgreſſus. Alia ſũt mutabilia ſolũ ſm opatõez. ſ. ſꝫ ĩtelligẽ nõ ſꝫ ſubãz nec ſꝫ vbi ꝓꝑe ſicˀ ĩtelligẽtie. q̃tũ ad illas diĉ. Et qcqđ aliq̃ mouetˀ mõ. Aliˀ expoĩt ꝙ ĩ rebꝰ mutabilibꝰ triplex ẽ diſpõ. vna ẽ q̃ trãſeũt de nõ eẽ ad eẽ ꝑ generationẽ q̃tũ ad hˀ dicit. Oĩm generatio reꝝ. Aut res ꝑmanẽt ĩ exiſtẽtia ꝑ aliqđ tꝑs. poſtq̃ generate ſũt q̃tũ ad illas dicit. Cunctoſqꝫ mutabiliũ naturaꝝ ꝓgreſſus. Aut res ꝓcedũt de eẽ ad nõ eẽ ꝑ coꝛruptionẽ. q̃tũ ad illas diĉ. Et qcquid aliq̃ mouetˀ modo. Notandũ ꝙ quidã dicũt. fatũ eſſe quãdã diſpõnem derelictã in rebus inferioꝛibus ex actione coꝛpoꝛũ celeſtiũ. ſm quã inferioꝛa neceſſitãtur ⁊ ꝯſtringuntur ad ignobiles effectus. Et ſic beatus Gregoꝛꝰ in omel. epiphanie impꝛobat fatũ dicens. Abſit a fideliũ coꝛdibus vt fatũ eẽ aliqđ dicamus ſcꝫ neceſſitatis inſertoꝛa. quia ſic oĩa venirent ex neceſſitate. Alio modo accipitur fatum pꝛo diſpoſitione rerum ſm quã res dependent ex diuina voluntate ⁊ poteſtate. ⁊ ſic fatum conceditur aliquid eſſe. Eſt ergo ꝓuidentia diuina ordinatio ſiue diſpoſitio exiſtens in mente diuina qua cũ-

cta inferiora ſint prouiſa ſm ſtatum ſue nature. Fatum autem eſt diſpoſitio diuina exiſtens in rebus mobilibus. qua ſingula ſuis annectuntur ordinibus vt magis parebit.

¶ Que diuerſa eē facile liquebit. Hic ponit differentiā inter prontdentiaz ꝛ fatū aſſignando diffinitiones vtriuſqꝫ. ſecundo oſtendit ꝙ vnū eorum dependet ex alio: ibi. Que licet diuerſa.

Que diuerſa eē facile liquebit. ſiqs vtrinſqꝫ vim mēte ꝯſpexerit. Nā ꝓuidētia ē ipſa illa diuina rō. in ſūmo oīum ꝑcipe ꝯſtituta. que cūcta diſponit Fatū vero īherēs rebus mobilibꝰ diſpō ꝑ quā ꝓuidentia ſuis queqꝫ nectit ordinibus. Prouidētia nāqꝫ cūcta pariter q̄uis diuerſa: q̄uis infinita cōplectitur. Fatū vo ſingula digerit in motum locis formis: ac tꝑibꝰ diſtributa. Ut hoc temporalis ordinis explicatio. in diuine mentis adunata proſpectu prouidentia ſit. Eadem vero adunatio digeſta atqꝫ explicata temporibus fatum vocetur.

Primo dicit Que duo ſcꝫ fatuꝫ ꝛ prouidentiam diuinā liquebit. i. parebit eſſe diuerſa. ſi quis mente cōſpexerit. i. conſiderauerit vtrinſqꝫ vim. i. naturam ꝛ eſſentiā ꝛ diffiniens prouidentiam dicit. Prouidētia eſt ipſa diuina rō. que ē in ſummo ꝑncipe oīum rerum conſtituta. que ſcilicet ratio cuncta diſpōnit. Tunc diffiniens fatum dicit. Fatum eſt diſpoſitio inherens rebus mobilibus ideſt temporalibus per quā diſpoſitionem prouidentia necrit queqꝫ ſuis ordinibus. Tunc declarat iſtas diffinitiones ex proprietatibus vtriuſqꝫ intendens. ꝙ prouidētia cōplectitur omnia ſimul. ſed manifeſtum eſt ꝙ omnia nunqͣ ſunt ſimul niſi in mente diuina. ergo oportet ꝙ prouidentia ſit ratio exiſtens in mente diuina. ad fatū vero ſpectat vt ea que fato ſubduntur diſtribuantur per tempora ꝛ loca. Ita ꝙ ordo fatalis quandā ſucceſſionē tꝑalē importat. talis autem ſucceſſio non eſt. niſi in ipſis rebus mobilibus. quare oportet ꝙ fatum ſit in rebus mobilibus. Unde dicit in littera. Prouidentia nanqꝫ cuncta complectitur pariter q̄uis diuerſa ꝛ infinita. Fatum vero digerit. id eſt diuidit ſingula diſtributa in motuꝫ. locis. formis temporibus. ita ſcilicet vt hec temporalis explicatio que ad fatum pertinet. adunata in ꝓſpectu diuine mentis ſit prouidentia. Eadem vo adunatio digeſta ideſt diuerſa et explicata temporibus. que ſucceſſionem important vocetur fatum.

Notandum ꝙ qꝛ prius dixit ꝙ diffinitio rerū faciēdarum vt eſt in intellectu diuino dicitur prouidētia. vt aūt refert ad res mobiles dr fatum. Poſſet alicui videri ꝙ fatū et ꝓuidētia ſignificarent eandem rem ſub diuerſis ratiōibus. Ideo philoſophia hꝰ excludens oſtēdit ea realiter diſtingui po

nens diuiſionē vtriuſqȝ. Notandū ꝙ cognitio dei hȝ ſe ad res ſic cogni/tio artificis ad artificiata. ſic ergo oīa artificiata ſubdūt ordini rōi artis ſit neceſſe ē oēs res ſubdi rōi ⁊ ordini diuine ꝓuidētie. ꝓpter qđ ōn dicit ꝙ ꝓuidētia ē diuina rō que cūcta diſponit. Notandū ꝙ diſpō q̄ ponit in diffinitōe fati accipitur pro ordine. ⁊ dicitur ille ordo inherens rebus mo/bilib⁹. ad diſferentiam ordinis qui eſt in ipa rōe di/uina. quē iaȝ vocamus ꝓ/uidentiā: ſm quē ordinem ꝓuidentia di/na ānectit q̄/qȝ ſuis ordi/nib⁹. ſcilicet vt illa eueni/ant illo tpe. ⁊ alia alio tē/pore. Hec pri/us: illa poſte/rius.

Que lȝ diuerſa ſint. alteꝝ tū pēdet ex alte/ro. Ordo nāqȝ fatalis ex ꝓuidētie ſmplici/tate ꝓcedit. Sic eni artifex faciēde rei for/mā mēte ꝑcipiēs mouet opis effectū. ⁊ qđ ſimplr̄ pñtarieqȝ ꝓſpexerat. ꝑ tpales ordi/nes ducit. Ita deus ꝓuidentia quidē ſin/gulariter ſtabiliterqȝ faciēda diſponit. fato vo hec ipa q̄ diſpoſuit multiplr̄ ac tꝑaliter adminiſtrat. Siue igitur famulantibus q̄/buſdam prouidētie diuinis ſpiritib⁹ fatuȝ exerceat: ſeu aīa. ſeu tota inſeruiente natu/ra. ſeu celeſtib⁹ ſyderū motib⁹. ſeu angeli/

¶ Que lȝ di/uerſa ſint.
Hic oñdit ꝙ licet fatū ⁊ ꝓuidentia differant tn̄ vnū dependet exaltero di/cēs. Que lȝ ſint diuerſa. tn̄ alteꝝ pendet ex altero. ſ. fatum depedet ex ꝓ/uidentia. nam ordo fatalis procedit ex ſimplicitate prouidētie. cut decla/rat in ſimili dicēs. Sicut eni artifex puto edificator. formā faciende rei ſic domus. mente ꝑcipiēs. i. ꝓſpiciens mouet. i. ꝓducit effectū opi. ⁊ quod ſimplr̄ ⁊ pñtarie ꝓſpexerat mente ſcȝ formā domus cum ſuis ꝑb⁹. ſic du/cit ꝑ tpales ordines ſupple ad effectū. pri̇o fundamētū. poſtea parietes. vl/timo tectū. Ita deus prouidentia ſua ſingulariter. i. ſimpliciter ſtabiliter diſponit omnia faciēda. lȝ fato. i. ꝑ fatū ea que diſpoſuit tꝑalitr admini/ſtrat. Notandum ꝙ prouidentia diuina hȝ eſſe in prima cauſa fatū vo in rebus cauſatis. Itē prouidentia diuina habet motū vnitū: quieſt in vno ſimplici. ſ. in mente diuina fatū autē habet motum pluralitatisqȝ in plu/ribus cauſatis habet eē. Item ſatum dependet a prouidentia diuina ſicut effectus a ſua cauſa. ſȝ non econuerſo. Sicut eni forma rei artificialis depē/det a forma preexiſtēte in mente artificis. ⁊ nō ecōuerſo: ſic fatū dependet a prouidentia diuina non autem econuerſo.
¶ Siue igitur famulātibus. Hic ponit diuerſas opīones circa fatū ⁊ dicit Siue fatū exerceat quibuſdā diuinis ſpiritib⁹ famulantib⁹ diuine ꝓuidē/tie ſiue exerceatur aīa ſiue tota natura inſeruiēte. ſiue exerceat motib⁹ cor/porum. ſyderū. i. celeſtiū. ſiue angelica virtute. ſiue demonū ſolertia. ſiue aliquibus hoꝝ. vel oībus hoc eſt incertū. tamē iſtud eſt certū prouiden/

tiam diuinam eſſe immobilē ꝛ ſimplicē formā rerū gerendarū id eſt fien-
daꝝ. ſed fatū eē nobilē nexū. i. diſpōnē. ꝛ ordinē tꝑalē eoꝝ que diuina ſim-
plicitas diſpoſuit gerēda. i. ꝓducēda. Notandū ꝙ fatū ē tꝑalis diſpoſi-
tio rerū inq̄ꝫtū ea que ꝓuiſa ſunt a deo ꝓducunť ad effectū mediātibꝰ cau-
ſis ſcd̄is adminiſtrātibꝰ. de q̄bꝰ cauſis diuerſe fuerūt opiniones q̄s Boetiꝰ

ſeu angelica virtute. ſeu demonū varia ſo-
lertia ſeu aliquibꝰ hoꝝ. ſeu oībꝰ fatalis ſe-
ries texitur. illō certe manifeſtū eſt imobi-
lem ſimplicemq̄ꝫ gerendarū formā rerū eē
ꝓuidentiā fatū vͦo eoꝝ que diuina ſimpli-
citas gerēda eſſe diſpoſuit: mobilē nexum
atq̄ꝫ ordinē tꝑalē. Quo fit vt oīa que fato
ſubſunt prouidentie q̄q̄ꝫ ſubiecta ſint: cui
ipſum etiā ſubiacet fatū. Quedā vͦo q̄ ſub
ꝓuidentia locata ſunt fati ſeriē ſupͤent. Ea
vͦo ſunt q̄ prime ꝓpinqua diuitati ſtabili-

tangit in lit-
tera. ſed nul-
lam earū af-
firmat. Nam
quidam anti-
quorum dice-
bant fatū ex-
erceri mediā-
tibꝰ diuinis
ſpiritibꝰ deo
famulantibꝰ
Alij dicebāt
ipſum exerce-
ri ab aīa mū-
dana. ſic pla-
tonici. qđ alij
exponunt de
anima huma-
na. quia per
ipſam tanq̄
per cauſaꝫ ſcd̄am exercenť actus liberi arbitrij qui ſub prouidentia cadūt.
Alij dixerunt fatū exerceri tota nā̄ inſeruiēte. i. itelligētes ꝑ totā naturā cō-
plexionē oīuꝫ elemētoꝝ. Alij dicūt fatū exerceri motibꝰ corpoꝝ celeſtiū: ſic
aſtrologi. Alij ꝙ ꝑ variā ſolerciā demonū. ꝛ dicuntur demones in ꝓpoſito
ſpūs habitantes circa humectā ptē aeris: ſm doctrinā quorūdā platonico-
rū qui dicunť cacodemones. i. malū ſciētes. Alij dicūt fatū exerceri angeli-
ca virtute. Ubi notādū ꝙ in prīa opiniōe fatū dr̄ exerceri mediātibꝰ ſpiriti-
bus deo famulātibꝰ. qđ ē intelligēduꝫ de ſpiritibꝰ oīa diſponētibꝰ. ſꝫ immo-
bilr̄ ꝑmanētibꝰ. Qđ aūt dr̄ in q̄nta opiniōe fatū exerceri vͦtute angelica. i-
telligēdū ē de angel' ſiue ſpiritibꝰ applicātibꝰ ſe diuerſis locis miſſis ī mini-
ſteriū. Angelꝰ enī nūcius iterꝑtať: ꝛ ē nomē officij nō nature ſm. b. grego.
¶ Quo fit vt oīa. Hic infert quandā ꝯcluſionē circa fatū ꝛ ꝓuidētiā. ſcd̄o
declarat eā in exemplo ibi. Nam vt orbiū. Primo dicit ex quo dictū eſt fa-
tū dependere a ꝓuidētia diuina. Quo fit. i. ex quo ſequiť. vt oīa q̄ ſubſūt
fato etiā prouidētie ſint ſubiecta. Cui etiā prouidētie ipſum fatum ſubia-
cet. ſed non econuerſo. quia quedam que locata ſunt ſub prouidentia ſu-
perent ſeriem fati ſcilicet ea que immediate per deum adminiſtrantur ſicut
creatio rerum. et glorificatio creaturarum rationalium. ea vero que ſunt ꝓ-
pinqua prime diuinitati ſtabiliter fixa id eſt immobilia. Hec excedunt ordi-
nem fatalis mobilitatis. i. mutabilitatis. Notandum ꝙ quia fatū depen-
det a prouidentia ſicut effectus a ſua cauſa. neceſſe eſt illa que dependent

a fato etiam a prouidentia dependere. non autem ecōuerſo. quia effectus non adequatur ſue cauſe. prouidentia aūt ad diuinū intellectum ſpectat. fatum vero ad ea que in creaturis geruntur.

¶ Nam vt orbium. Hic declarat illam concluſionem p exemplū oſtendens quomodo quedam ſubiacent fato magis. quedam minus. et quedam totaliter excedunt fatū. ſecundo ex dictis concludit ſimilitudinē fati ad prouidē tiam p quedā ſimilia ibi. Igitur vti eſt. dicit pr̄s. Nam ſicut orbium .i. circulorum vertentium .i. mouentiū ſe circa eundem cardinem .i. axem. ille q̄ ē intimus .i. vicinior ſiue proximior axi accedit ad ſimplicitatē medietatis. id ē axis vel centri quia tardior motu mouetur. et ideo magis acceit ad immobilitatem axis. et iſte circulus reſpectu exterioris habet ſe ad modū centri circa quod exterior verſatur. vnde ſubdit q̄ eſt veluti quidam cardo. id eſt centrum ceterorū orbium extra locatorum circa quem verſenur. Sicut mediolus in rota adheret axi et eſt ſicut cardo quidam circa quem voluūtur canti et radij. Extimus vero. id eſt vltimus orbis exterior. rotatus. id ē motus maiore ambitu. tanto explicatur amplioribus ſpacijs. quanto diſcedit a media indiuiduitate. puncti id eſt centri. Si quid vero illi medio ſe cōnectat illō cogit̄. id ē cōpellit̄ in ſimplicitatē. i. imobilitatē axis. et ceſſat diffūdi et diffluē p magnū ſpactū. Siſr illō qō lōgi⁹ a p̄ia mē diſcedit ſicut creature corruptibiles. maiorib⁹ nexib⁹ fati īplicat̄ et tāto magis aliqd ē liber a fato. quāto vicini⁹ petit. i. accedit illū cardinē rex. deū. qō ſi firmitate ſupne mētis heſerit ſupgredit̄ neceſſitatē fati. Notādū quanto magis entia ſunt ꝓpinq̄ p̄mo cauſato min⁹ ſūt mutabilia. et quāto remotiora tanto magis mutabilia. qō declarat ph̄ia exēplo diuerſo: circulorū ab eodē centro ductorū. in quibus circul⁹ remotior a centro ē maior. et velocius mouetur. quia magis ſpactum pertranſit in equali tempore. Qui autem eſt vicinior centro minor eſt et tardius mouetur minus ſpaciū per

ter fixa: fatalis ordinem mobilitatis excedunt. Nam vt orbium circa eundem cardinem ſeſe vertentium qui eſt intimus ad ſimplicitatem medietatis accedit: ceterorumq̄ extra locatorum veluti cardo quidam circa quem verſentur exiſtit. extimus vero maiore ambitu rotatus. quanto a puncti media indiuiduitate diſcedit: tanto amplioribus ſpacijs explicatur. Siquid vero illi ſe medio connectat et ſociet in ſimplicitatē cogitur. Diffundiq̄ ac diffluere ceſſat. Simili ratione quod longius a prima mēte diſcedit. maioribus fati nexibus implicatur. Ac tanto aliquid fato liberum eſt

tranſeundo. circuli vero medij medio mō ſe habēt ⁊ eſt optīa cōpatio centri circuli ad creatorē. Sicut enī cētrū ē indiuiſibile ⁊ ab ipo poſſent plures circuli procedere. Ita creator vnꝰ ⁊ indiuiſibilis exiſtens infinita creat ⁊ gubernat.

quanto. illū rex cardinē viciniꝰ petit. Qḋ ſi ſupne mentis heſerit firmitati motu carens. fati quoqꝫ ſupgreditur neceſſitatem Igitur vti ē ad itellectū ratiocinatio ad id qḋ eſt: id qḋ gignit. ad eternitatē tempus ad punctum medium circulus. ita eſt fati ſeries mobilis ad prouidētie ſtabilem ſimplicitatem. Ea ſeries celum ac ſydera mouet elementa in ſeinuicez tempoꝛat. ⁊ alterna commutatione transformat. Eadem naſcentia occidentiaqꝫ oīa per ſimiles fetuum ſeminumqꝫ renouat progreſſus.

¶ Igitur vti eſt. Hic pħia ꝯcludit habitudinē fati ad ꝓuidentiā diuinam p quedā ſimilia. ⁊ dicit. ſeries fati ita ē .i. ita ſe habꝫ ad ſtabilē ſimplicitatē diuine ꝓuidentie ſicē ratiocinatio ſe hꝫ ad intellectum. Ubi ſciēdum ꝙ illḋ qḋ intellectus ſimplici veritate intelligit ratiocinatio per modū diſcurſus ⁊ ſucceſſiue apprehendit. Etiā fatū ſe hꝫ ad prouidētiam ſicut illud qḋ gignit̄ hꝫ ſe ad illḋ qḋ eſt. Ubi ſciendū ꝙ illud qḋ gignit̄ eſt in quadā fluxibilitate ⁊ motu. qḋ vero actu ē genitū eſt in quadā pmanētia. etiā hꝫ ſe fatū ad ꝓuidētiā ſicut tēpus ad eternitatē. Ubi ſciēdū ꝙ in tpe ē ſucceſſio priū tpis. pñtis. ꝑteriti ⁊ futuri. eternitas aūt eſt ſine ſucceſſiōe tota ſil' exiſtēs. Itē fatū hꝫ ſe ad ꝓuidētiā ſicut circulꝰ ad mediū pūctū. Ubi ſciēdū ꝙ circulꝰ diſtēdit̄ ⁊ p ptes diuidit̄ mobilis exiſtens. punctum autem eſt immobile ⁊ indiuiſibile. quia ex primo euclidis. punctum eſt cuius pars non eſt.

¶ Ea ſeries celū ac ſydera mouet. Hic pħia oñdit q̄ ſint illa que fato diſponunt̄. ſcḋo ꝯcludit ꝙ illa q̄ itellectui ꝯfuſa videt̄: ī diuina gubnatōe ſūt rōnabilr ordinata ibi. Quo fit. Prio dic ea ſeries fati de q̄ dictū ē mouet celū ⁊ ſidera. tpat elemēta in ſeiuicē ne totalit̄ ſe corrūpāt. ⁊ trāformat ipa alterna ꝯmutatōe. ita ꝙ ex aq̄ fiat aer ⁊ ecōuerſo. ⁊ eadem ſeries fati renouat oīa naſcentia ⁊ occidētia. i. morientia. p ſiles ꝓgreſſus fetuū quo ad aīalia ⁊ ſeminū quo ad vegetabilia. ⁊ fatū etiā ꝯſtringit idiſſolubili ꝯnexiōe cāꝝ actus. i. opatōes. ⁊ fortunas hoīm. q̄ oēs res cū ꝓficiſcant̄ .i. ꝓcedant ab exordijs diuine ꝓuidētie. neceſſe ē eas eē īmutabiles. Ita eīn res optīe regunt̄. ſi ſimplicitas manēs ī diuina mēte. ꝓmat. i. explicet. īdeclinabilē. i. imutabilē ordinē cāꝝ. Hic aūt ordo diuīe ꝓuidētie. coerceat ꝓpria icōmutabilitate res mutabiles. ⁊ alioqn temere. i. caſualit̄ fluituras. Notādū ꝙ fatū ꝯſiderat̄ dupl' vno mō vt ē ī cauſis ſcḋis, quaꝝ ordo ⁊ diſpoſitio di

citur fatum. et sic fatū est mobile. et res fato subiacētes sunt mobiles. Alio mō ɔsideratur fatū ſm q̄ dependet a ꝓuidētia diuina. q̄ oīno imobilis est. et sic fatū sortit̄ imutabilitatē. et sic etiā res fatales vt sic ſm subām sūt immobiles. Notandū q̄ si aliquid posset declinare ab ordine ꝓuidētie. tūc ꝓuidētia diuina deficeret a suo effectu. et hoc redundaret in impotētiā regētis. Et si dicis si oīa subiacent ꝓuidētie diuine. ergo oīa eueniunt ex necessitate. dicendū q̄ nō. q2 deus ꝓuidet res sicut sunt futu re. quedam ꝑ uidet necessario euenire. et q̄dā ɔtingeut̄ et de h̄ videbitur magis in q̄sito huius. ¶ Quo fit. Hic ph̄ia oñdit q̄ ea q̄ apparēt in reb⁹ ɔfusa in diuina gubnatione sunt ordīata dicēs. quo fit id est ex h̄ q̄ diuina prouidētia ineuitabilē ordinē

Hec actus etiam fortunasq3 hominum indissolubili causarum connexione constringit. que cum ab imobilis ꝓuidentie proficiscantur exordijs. ipsas quoq3 immutabiles necesse est esse. Ita enim res optie regunt̄ si manēs in diuina mēte simplicitas indeclinabilē causaꝝ ordinem ꝓmat. Hic ꝟo ordo res mutabiles: et alioq̄n temere fluituras: ꝓpa icōmutabilitate coerceat. Quo fit vt tametsi vobis hunc ordinē minime considerare valentibus. confusa oīa ꝑturbataq3 videāt̄. nihilomin⁹ tn̄ suus modus ad bonū dirigens cūcta dispōit. Nihil ē eīn qd̄ mali cā nec ab ipsis quidē improbis fiat. quos vt vberrime demonstratū est: bonū querētes prauus error auertit. nedum ordo de summi boni cardine ꝓficiscens a suo quēquem deflectat exordio

rebus constituit. sequitur vt etsi vobis minime valētibus considerare hūc ordinē reꝝ. videāt̄ vobis oīa ɔfusa et ꝑturbata. nihilomin⁹ tn̄ mod⁹ suus .i. ordo ꝓpri⁹ diuine ꝓuidētie. dispōit cūcta dirigēs ea ad bonū. nihil eīn ē q̄ cā mali fiat. nec etiā ab ipsis iprobis. q̄s bonū q̄rētes prau⁹ error auertit vt pri⁹ demōstratū ē. nedū .i. multomin⁹ ordo fatal' ꝓficiscens de cardine sūmi boni .i. ab ipso deo. deflectat a suo exordio .i. a deo q̄ ē finis et ꝑncipiu3 oīm. Notādū q̄ dicit malos nihil facē cā mali. cui⁹ oppositū p3 m'lti eni3 mali seipos interimūt. dicēdū ꝙ null⁹ opat̄ respiciēs ad malū q2 oīa bonū appetūt. Si aūt q̄s malū opat̄. h̄ ɔtingit sub fantasia mali. Nā aliquis in magna anxietate existēs estimat eē bonū fugere anxietatē. et nihil aliud ipe ɔsiderās seq̄t̄ hāc estiationē seipsum interficiēs et talis priuās se bono ducit̄ fantasia boni. q2 ꝓ tunc putat esse bonū effugere anxietatē ꝑ atrōe vite.

¶ Que vero inquies. Hic phia soluit qōnē qre bona malis ⁊ mala bonis cō/tigant. Et primo ondit hoc ī gnāli. scdo magis ī spāli ibi. Sz si aliqs. Pri/mo assignat cām pdicti accidētis ex defectuoso iudicio hoim. scdo ex ꝯrio iudicio dei ⁊ hoim ibi. Nam vt pauca. Primo facit qd dictū est secundo de/clarat p se sile ibi. Non em dissimile. Primo dicit. O boeci tu inquies q pōt esse vlla iniq/oz cōfusio. q̄ vt bōis aliqn pspera aliqn aduersa cōtin/gāt. id est eue/niant cū sem/per bonis de/berēt pspera euenire. ⁊ ma/lis per cōtra/rium aliqnan/do cōtingant optata aliqn odiosa. cū sp mal' deberent odiosa euen/re dicit phia. Nunquid ho/mines degūt id est viuunt ea integritate id est integro iudicio men/tis. vt necesse sit eos eē pro/bos quos ipsi censuerint. i. iudicant esse tales. Atqui pro certo in hoc de/pugnant. i. ꝯriant iudicio hoīm. vt qs alij pmio alij arbitrant dignos sup/plicio. S ꝯcedam⁹ vt aliqs possit discernere bonos ⁊ malos. Nūqd ipe po/terit ītueri illā mīmā tēperiē. i. iteriorē ꝯditionē ⁊ qlitatē aīoꝝ velut solet dici in corpib⁹. qsi dicat. Ego loqr de aīs sz qz hoīes ꝯsueuerūt loq de cor/pib⁹. Notādū qz ppē dfectuosū iudiciū hoim ꝯtigit qz iudicāt eos eē bonos q mali sūt ⁊ ecōuerso. Si g iudicāt malos eē bonos. ⁊ si ill' eueniāt mala pu/tāt bōis euēire mala. ⁊ si bōis qs iudicāt malos eueniāt bōa putāt mal' eue/nire bōa. ⁊ iō sepe putāt bonos depmi. cū mali depmūt iudicātes malos eē bonos. ⁊ putāt malos extolli cū bōi extollūt qz iudicāt bonos eē malos ¶ Nō em dissimile ē miraculū. Hic phia declarat hoc p sile dicēs. Istō mi/raculū nō ē dissimile imo valde simile ad propositū nescienti alicui cur sa/nis corporibus his conueniant dulcia his amara. etiā nescienti alicui cur qdā egri adiuuant leuib⁹ quidā acerbis. lz hoc videat mlꝝ nesciēti. tn me/dicus de h nō miraf. q cognoscit modū ⁊ tpamētū sanitatis ⁊ egritudīs. s

¶ Cacus euādri ſatiauit iras. Hic ponit decimum laborē. Ubi notādū ꝙ cacus fuit monſtrū euomēs ignē ꝑ os cuius pat̃ fuit fulcanꝰ. manebat aūt cacus in monte auentino ſpolians ꝛ occidens homines ꝛ furto plurimū inſiſtens. Cuz aūt hercules veniret de hiſpania ducēs ſecuz multos boues. Cacus quoſdā boues herculis furabat̃ ꝛ traxit eos in antrū ſuū retrorſū per caudas ne furtū pateret. cū autem hercules q̄reret boues ꝑ mugitū vniꝰ bouis ꝑuenit ad antrū Caci. q̄ extracto ipm̄ interfecit cuiꝰ morte. placata ē ira Euādri. quē idem Cacus multū offenderat. Unde dicit. Cacus ſupple morte ſua quā paſſus eſt ab hercule. ſatiauit. i. ꝯpeſcuit iras Euādri quē Cacus mltum offenderat. ¶ Quoſqȝ preſſurus foret. Hic ponit vndecimū laborē herculis. Ubi notādū ꝙ in archadia erat quidā aper deuaſtans totam regionem quem cuz hercules agitaret. aper ſibi inſultans humeros herculis ſpuma maculauit. quem aprum tandem interfecit. Unde dicit. Setiger id eſt aper gerēs ſetas. notauit. id eſt maculauit humeros herculis ſcilz ſpuma vel ſaliua. quos hūeros altus orbis foret. i. erat preſſurus q: vt ſtatim patebit. Hercules hūeris ſuis celū ſuſtulit. ¶ Ultimꝰ celū labor īreflexo. Hic ponit duodecimū ꝛ vltimū laborem. etc. Ubi notādū ꝙ athlas fingit̃ fuiſſe quidam gigas ſupportās celū hūeris ſuis. Hic fatigatus rogauit herculē vt celum ſupportaret quſqȝ ipſe reſpiraret. qḋ ꝛ hercules fecit ꝛ ꝑ h̄ celū meruit. vñ di. Ultimꝰ labor hercul' fuit ꝙ ſuſtulit. i. ſupportauit celū collo īreflexo. i. ī cliato. ꝛ rurſus meruit celū tāqȝ p̄ciū vltī ſui laboris. ¶ Itē nūc fortes vbi celſa magni. Hic hortat̃ phia ad p̄dictoꝝ fortiū viroꝝ di. Ite nunc fortes reſiſtēs ꝯuerſitatibꝰ ite illic vbi ducit via celſa. i. ardua magni hercul' q̄ ē

vla virtutis ꝛ via magni exempli ad aggrediēdū fortia. ꝛ tūc inuehit ꝯ tar-
dos ꝛ viciosos. d. Cur vos inertes. i. hoīes ſine arte. ſicut hoīes deſidioſi.
cur nudatis terga. i. dorſa vr̄a fugiēdo labores ꝛ aduerſa. nā tellus. i. ter-
rena ꝯcupiſcētia ſupata donat hoī ſydera. i. celū. qꝛ ſupata terrena ꝯcupi-
ſcentia efficit hō dign⁹ celo qđ ē locus deoꝝ ꝛ ſpirituū. Nā ſm̄ areſto tͤlē
primo celi et mūdi. Oēs eū locū q̄ ſurſum ē deo attribuūt ꝛ barbari ꝛ greci q̄cunqꝫ putant deos eē de q̄ loco dic̄ Plato ī fedrone. Viri ſpeculatiui viuentes ſꝫ vitā ꝯtemplatiuā. celeſtes ſedes recipiūt in quib⁹ felicitate deoꝝ potiunt. qua felicitate nos faciat ꝑticipes ibs xp̄s q̄ ē de⁹ ſup oīa bn̄dictus in ſcl'a ſcl'oꝝ amē.

## Incipit liber quint⁹. Proſa pria.

Jxerat oꝛoniſqꝫ curſū ad alia q̄dā tractāda ꝛ expediēda ꝯtebat. B. Tū ego Recta q̄dē iquā exhoꝛtatio. tuaqꝫ pꝛſus autoꝛitate digniſſima. Sꝫ ꝙ tu dudū de ꝓuidētia qōnem. plurib⁹ alijs iplicitā eſſe dixiſti re experioꝛ. Quero enī an eſſe aliquid oīno ꝛ quidnam eſſe caſuꝫ arbitrere.

Jxerat oꝛoniſqꝫ curſū. Hic īcipit q̄ntus liber Boetij de ꝯſolatōe phīa cuius hec ē pria ꝓſa. in q̄ phīa vult ſoluere quedā dubia ſuā determinationem conſequentia de fato ꝛ prouidētia. vꝫ enim ex dictis ꝙ caſus non ſit. quia ſi oīa ſunt prouiſa ita ꝙ nihil eueniat ꝑter oꝛdinem prouidentie diuine. videtur ꝙ nihil caſualiter eueniat. quia caſus importat euentum inopinatū. Item videtur ex dictis ꝙ liberꝫ arbitriū non ſit. quia omnia diſponuntur ſm̄ oꝛdinē fatalis neceſſitatis. liberꝫ autem arbitriuꝫ neceſſitatē excludit. videtur ergo ſi ponit ꝓuidentia ꝛ fatū ꝙ oīno excludatur liberū arbitrium. Phīa ergo in p̄nti libro inq̄rit vtrū caſus ſit. ꝛ quid ſit. ꝛ inquirit vtrum liberū arbitriū ſit ponēdo argumenta quibus liberū arbitriū cum ꝓuidētia diuina non vꝫ poſſe ſtare. poſt hoc ponit falſam ſolutionem quoꝛūdā quā improbat. ꝛ ponit ꝓpriam quā rationib⁹ confirmat ꝛ de eternitate determinat ꝛ alia plura ſicut patebit. Et diuidit iſte liber in vndecim ꝑtes. quia ſex ſunt proſe ꝛ quiqꝫ metra eius. que partes et que in ipſis determinantur patebunt in proceſſu libꝛi. In prima proſa determinat de caſu. ꝛ primo Boetius tangit acta philoſophie commendans eius exhoꝛtationem factam. ꝛ mouet queſtionem de caſu Scđo phīa excuſat ſe ab eius determinatione. ꝛ Boetius illam excuſationē remouet. Tertio phīa determinat de caſu. ſcđa ibi. Tū illa feſtino. tercio ibi. Tū illa morem. Primo dicit. phīa dixerat hec predicta. Et vertebat curſum orationis id eſt ſermonis ad tractanda quedam alia atqꝫ expedienda. Tunc ego Boetius inquā. O philoſophia recta eſt tua exhoꝛtatio facta. ꝛ pꝛorſus eſt digniſſima autoꝛitate. ſed ꝙ tu dudum dixiſti ſexta proſa quarti libꝛi. queſtionem de prouidētia implicitam id eſt implicatam eſſe pluribus alijs

.i.qōnibus ego explorare.i.realiter.q̄ro et an arbitreris caſū oīno aliquid eē ſupple in rex natura. ⁊ q̄dā arbitreris eē caſū ſupple i rex natura. Notādū h̄ ꝙ dicit Boeti⁹ dixerat.inuit phiaz tā expediuiſſe q̄ ad ſui ſpeculatione ſpectabāt.⁊ ita determinaſſe p̄ncipalē hui⁹ libri intētionē.⁊ phia vertebat curſū orōnis.i.ꝯōnē currētē.qꝛ orō phie nō īpediebaꝭ ignorātia do

P. Tū illa feſtino inquit debitū pmiſſiōis abſoluere. viāq; tibi:q̄ patriā reueharis aperire. Hec aūt ⁊ ſi perutilia cognitu. tñ a pͦpoſiti noſtri tramite paulıſp auerſa ſūt. Verēdūq; eſt ne deuijs fatigatus ad cmetiēdū rectū iter ſufficere nō poſſis. B. Ne id inq̄ prorſus vereare. Nā q̄etis mihi loco fuerit ea quibus maxīe delector agnoſcere ſil.cū oīe diſputatōis tue latus īdubitata fide conſtiterit.nihil de ſequentib⁹ ambigaꝭ. P. Tū illa Morem inq̄t geram

cētis.nec tarditate dicentis.hanc orationē vertebat ad q̄dam alia tractanda. que autē fuerīt illa Boetius nō exp̄ſuit. qꝛ forſitan ſua opinione minus erant deſiderāda vl̄ forſan ꝯtū ad pͦpoſitū extnea. Notādum ꝙ dic̄ exhortationē phie fuiſſe rectā. qꝛ phia hortabaꝭ ad v̄tutes ⁊ ad ꝯtēptū fortuitox.talis aūt exhortatio q̄ fit ad bonū pſequēdū ⁊ malū fugiēdū recta ē. ⁊ dic̄ exhortatōez phie eē dignıſſimā auc̄te.qꝛ qō a ſapiētib⁹ dr̄ auc̄te ſapiēt̄ dignū reputatur

¶ Tū illa feſtino inq̄t. Hic phia excuſat ſe de hui⁹ opiniōis vl̄ qōnis determinatōe Et boeti⁹ illā excuſatōez remouet. d. phia inq̄t. Ego feſtino abſoluere.i.pfic̄ē debitū pmiſſiōis. ⁊ apire tibi viā q̄ reueharis ad patriā. Hec āt q̄ tu queris de cāu. ⁊ ſi p ꝯuis putilia cognitu.i.cognitōe.tñ paulıſp auerſa ſūt a tramite.i.via nr̄i pͦpoſiti. ⁊ dic̄ paulıſp qꝛ nō ſūt totalit̄ auerſa.ſ alt quātulū elucidāt p̄miſſa. ⁊ ē verēdū.i.timēdū.ne tu fatigat⁹ deuijs.i.qōnib⁹ extneis.nō poſſis ſuffic̄ē ad emetiēdū.i.trāſeūdū rectū iter.dic̄ Boeti⁹ O phia ne illō vereare.i.nō timeaſ.qꝛ h̄ fuerit mihi loco q̄etis. agnoſc̄ē ea q̄b⁹ maxīe delector. ⁊ cū oē latus.i.circūſtātia tue diſpōnis mihi ꝯſtiterit fide indubitata.nihil ē ꝙ ābigaꝭ de ſeq̄ntib⁹. Notādū ꝙ dic̄ q̄ via reueharis pͦriaz.hic pͦriam vocat btitudiuē.quā pri⁹ inuenire docuit. Via aūt p q̄ hō puenit ad ipm ſūt v̄tutes.de q̄b⁹ Boet̄.itēdebat agē nō in h̄ libro ſ in vltimis libris muſice ſue. agēdo de muſica hūana. itentionem autē ſuā nō compleuit. quia a rege Theodorico morte preuētus fuit.

¶ Tū illa morē inquit. Hic phia determiat de caſu ſoluēdo p̄miſſas cās ⁊ qōnes. Pͦrio ſoluit primā an caſus ſit.ſcd̄o ſcd̄am.q̄d ſit caſus ibi lʒ igiꭉ. Pͦrio oñdit quid ſignificetur p nomē caſus.ponēdo opinionē quorundā; Scd̄o iprobat illā opinionē ibi. Quis eni. Pͦrio dicit O boeti ego geraʒ tibi morē.i.ꝯfirmabo me voluntati tue, ⁊ ſil ſic eſt exorſa.i.ſic icepit. ſi alt

quis deffiniat quo ad nomē dicēs. caſum eſſe euentū productum motu teme
rario. i. improuiſo. ⁊ nulla ↄnexione cauſarū. Ego pbia affirmo caſū ſic diffi
no nihil eē. ⁊ decerno. i. iudico vocem caſus prorſus eē manē preter ſigni
ficationē rei ſubiecte. ſicut hec vox chimera inanis eſt. Notādū ꝙ ꝗuis
queſtio ſi ē precedit qōnez quid eſt. ſm ꝙ qō quid eſt querit de quidditate
rei. quia qd ē rei nūl debetur niſi enti. tū queſtio qd eſt querēs de quo quid eſt nominis eſt pria cognitō et iō ex q̄ qd ē noīs oportet ſcire de aliquo ſi eſt. ꝓpt hoc pbia ad querendū de caſu vtrū ſit vel nō accipit ꝙ qd ē qō ſignificat ꝑ nomen: et dicit. Si aliqui dicūt caſum eſſe euētum temerarium ſine omni cauſa productum, ego video vocē caſus eſſe inanem tanꝗ ſibi nihil correſpondeat in re.

tibi: ſimulꝗ ſic exorſa ē. Siqdē iqt aliqs euētū temerario motu. nullaꝗ cāꝝ ↄnexiōe ꝓductū. caſū eē ↄfiniat: nihil oīo caſū eē ↄfirmo. ⁊ ꝓpter ſubiecte rei ſignificatōe ʒ inanē ꝓrſus eē vocē decerno. Quis n̄ coercē te in ordinē cūcta deo) locus eē vl⁹ temeritati reliqu⁹ pōt. Nā nihil ex nihilo exiſtere vera ſnīa ē. cui nemo vnꝗ veterū refragat⁹ ē. quāꝗ id illi nō de opāte ꝓncipio ſ; de mālí ſubiecto (hoc ē oīm de natura rōnū) quaſi quoddā iecerint fundamētum. At ſi nullis ex cauſis aliqd oriat̄ id de nihilo ortū eē vr̄. Qd̄ ſi hoc fieri nequit. nec caſuʒ

¶ Quis enī cohercente. Hic pbia improbat opinionē iſtā oñens caſū nihil eē ſm eam. ſcdo ſoluit qōnem ſm veritatē ibi. Areſtotel' me⁹. Primo ponit vnā rōnē. ſcdo aliā ibi. Nam nihil Antiq dicebāt ꝙ caſus ē euētus temerarius. i. improuiſus. Contra h̄ arguit pbia ſic. Vbicꝗ oīa ſunt prouiſa ibi nihil ē temerariū. ſed omnia que ſunt prouiſa ſunt deo. ergo inter ea q̄ ſūt nihil ē temerariū. Hāc rōnez breuiter innuit in litera dicēs. Quis eñ locus vllus pōt eē reliquus. i. relictus. temeritati. i. improuiſiōi deo cohercente cūcta in ordinē ſcilicet ꝓuiſū: quaſi dicat nullus. Notandum ꝙ oīa a deo ſunt prouiſa cuius ratio ē. Quorumcūꝗ deus ē cauſa omnia talia ꝓuiſa ſunt a deo. ſʒ deus ē cauſa omnis entis. ergo omnia entia a deo ſunt prouiſa. Qd̄ aūt deus ſit cauſa omnis entis pʒ: q: ab ipſo dependet celum ⁊ tota natura. vt patet ex. xij. methaphiſice.
¶ Nam nihil ex nihilo exiſtere. Hic pōit aliā rōnē ꝓbantē ꝙ caſus non pōt eſſe ſine oīa cā ꝓduct⁹ ſicꝰ dicebāt antiq: ⁊ arguit ſic. Qd̄ ē ex nihilo nihil ē ſ; qd̄ eſt ex nulla cauſa eſt ex nihilo eſt. ergo qd̄ ex nulla cauſa eſt: nihil eſt. Sʒ ſm antiquoꝝ caſus ē ex nulla cauſa. q: ē ꝓductus ſine oīm ↄnexiōe cārū. ergo caſus nihil ē. Vñ dicit in littera. Vera ſententia eſt cui nemo vnꝗ

veterū refragatus eſt.i.cōtradixit.ſ.ex nihilo nihil exiſtere.qu anq̄ȝ illi antiqui illam ꝓpōnē ex nihilo nihil exiſtere tecerint.i.poſuerint quaſi qūdam fūdamētū non de opante principio ſcȝ de eo creatore.qꝛ ille ex nihilo aliquid fecit.ſed ītellexeruut hoc de materiali ſubiecto.i.de tota natura fundata in materia.⁊ expoſuit ſeipſum dicēs.Hoc eſt de natura oīm rōnū.i.de

quidem huiuſmōi eſſe poſſibile ē qualem pauloañ diffiniuim⁹.B.Quid igit̃ inquā Nihil ne eſt quod vel caſus vel fortuitum iure appellari queat. An ē aliquid (tamet ſi vulgus lateat) cui vocabulo iſta conueniunt.P.Areſtoteles meus id inquit in phiſicis et breui ⁊ veri propinqua ratione deffiniuit.B.Quoniam inquā modo.P. Quotiēs ait aliquid cuiuſpiam rei gratia geritur .aliudq̄ȝ quibuſdam de cauſis . q̄ȝ quod intendebatur obtingit:caſus vocatur.Ut ſi quis colendi agri cauſa fodiens humum defoſſi auri pondus inueniat. Hoc igitur fortuito quidem creditur acci-

materia que eſt ſubiectuȝ formaꝝ naturaliū. Sed ſi aliquid oriatur ex nullis cauſis, id vr̄ eē ortū ex nihilo.ſ; h̄ fieri nequit vt aliquid oriatur ex nihilo. ergo non ē poſſibile caſū eē hmōi.i.taleȝ q̄lē paulante diffiniuimus ſȝ antiquos q̄ ſit euētus temerari⁹ ſine ꝯnexione cāꝝ Quid ergo dicendū ē de caſu querit Boetius.Eſt ne nihil in rerum natura quod iure queat.id eſt poſſit appellari caſus vel fortuitum vel eſt aliquid.tametſi pro q̄uis.lateat vulgus cui iſta vocabula conueniant. Notanduȝ q̄ hec propoſitio ex nihilo nihil exiſtere vera eſt in comparatione ad cauſam particularem . que in ſua actione preſupponit materiam.tñ in cōparatione ad cauſam vniuerſalem que eſt cauſa totius entis non eſt vera.Unde dicimus deū oīa creaſſe ex nihilo ⁊ fide tenemus.ſed antiqui de iſto modo productionis ꝑ creationē non loquebantur:ſed primo modo.Unde Areſtoteles Primo phiſicorū. Impoſſibile eſt aliq̄d fieri ex his que nō ſunt. de hac eñ opiniōe ꝯuenit̄ omnes qui de natura ſunt.

¶ Areſtoteles meus id inq̄t in phiſicis.Hic ph̄ia ſoluit q̄ōnē de caſu ⁊ primo oñdit eam eſſe ſolutā ab areſtotile ⁊ oſtendit modum eius. ſcd̄o declarat q̄ licet caſus nō habeat cauſas ꝑ ſe:habet tñ cauſas per accidens ibi. He ſunt igitur . Primo dicit areſtoteles meus id eſt doctrina mea nutritus et deditus deffiniuit caſum in phiſicis id eſt in ſecūdo phiſicorum breui ratione et propinqua veri.i.veritati.⁊ querit Boeti⁹ Quonā inquā modo.dicit philoſophia.Quotiens aliquid geritur id ē fit gratia cuiuſpiam

rei. i. alicui⁹ rei. ⁊ aliud obtingit quibuſdā de cauſis ꝙ̄ qđ̄ itendebať illud vocatur caſus. vt ſi aliqͥs cā colēdi agri fodiēs humū inueniat pōdus auri defoſſum. hec inuētio auri crediť fortuitu. i. a cāu accidiſſe. veꝝ ꝑ ꝫ talis euētus caſual' nō eſt de nihilo. i. de nlla cā. ſiē dicebat diffinitio antiqͥꝝ. nā euētus caſualis hꝫ ꝓpꝛias cās. qͥꝛū ꝯcurſus inopinat⁹ ⁊ iꝓꝛouiſus ſupple

diſſe: veꝝ nō de nihilo ē. Nā ꝓpꝛias cās hꝫ. quarū iꝓꝛouiſus inopinatuſqꝫ ꝯcurſus caſū vř ogatus. Nā niſi cultoꝛ agri humū foderet. niſi eo loci pecuniā ſuā depoſitoꝛ obꝛuiſſet. aurū nō eēt inuentū. Hec ſunt igitur fortuiti cauſe compendij. quod ex obuijs ſibi ⁊ ꝯfluentib⁹ cauſis. nō ex gerētis intentōe ꝓuenit. Necqꝫ enī vel qui auꝝ obruit. vel qui agrū exercuit. vt ea pecūia reperiretur intendit. ſꝫ (vti dixi) quo ille obꝛuit hūc fodiſſe ꝯuenit atqꝫ ꝯcurrit. Licet igiť definire caſū eē inopinatū. vt ex confluentibus cauſis in his q̄ ob aliqͥd geruntť euē

ab eo qui aliquid fecit cā alteri⁹ rei: vř opat⁹ eē caſū niſi eī cultoꝛ agri foderet humum que ſupple foſſio ē vna cā inuētionis auri. ⁊ niſi eo loci. i. loco depoſitoꝛ obꝛuiſſꝫ id eſt abſcondiſſet pecuniam ſuā. q̄ eſt alia cauſa inuētionis auri: auruꝫ non eēt inuentū.

Notanduꝫ ꝙ caſus ſm Areſtotelē ē qn̄ aliqͥd fit ꝓpter aliquē finē vt foſſio agri ꝓpter ſeminationē. ſi aliqͥd aliđ euenit ex qͥbuſdā cauſis ꝑter hoc qͥ ītēdebať ſꝫ ē caſus. vt īuētio theſauri caſualis ē. q̄ nō ītendebať a foſſoꝛe agri. Ex q̄ pꝫ ꝙ inuētio theſauri ē caſualis. nō tō ꝙ nō ē ꝓuiſa a deo. ſꝫ qꝛ tō ē ꝓuiſa ab homine. ⁊ ita caſus nihil eſt quo ad deum: ſed eſt aliquid que ad hominem: preter cuius intentionem ⁊ prouiſionē euenit.

¶ Hec ſūt igitur. Hic oñdit phīa ꝙ lꝫ caſus hēat cauſas non tn̄ hꝫ cās ꝑ ſe: ſꝫ ꝑ accidēs dicēs. Hec igiť ſūt cāe fortuiti ꝯpendij. i. fortuiti euētus. qđ fortuitū ꝯpēdiū ꝓuenit ex cauſis obuijs ⁊ ꝯfluētib⁹. nō ex intētōe gerētis. nō enī ille q̄ aurū obruit. vř qui agꝝ exercuit. i. fodit. intēdit vt ea pecūia reperireť. ſꝫ vt dixi: preter gerētis intētionē euenit hunc fodere. q̄ ille obruit pecuniam. ⁊ ꝯcurrit ſupple inuentio pecunie. Notandum ꝙ cauſa efficiens non agit niſi moueatur a fine. Finis autem nō mouet niſi ſm ꝙ eſt ī intentione. ⁊ tō reſpectu illius effectus qui eſt ī intentione agēs eſt cauſa per ſe. ſed ſiquid contingat in actione ꝑter ītentionē agētis illi⁹ agens eſt cauſa per accidēs. ⁊ ſic caſus: qꝛ ꝯtingit preter intentionem agentis non hꝫ cauſam agentem per ſe ſed per accidēs.

¶ Licet igiť definire. Hic phīa ſoluit ſcđam qōnē oñdendo quid ſit caſus. Cōcludit q̄ diffinitōeꝫ ei⁹ ex iā dictꝭ dicēs. Lꝫ igiť definire caſū eē euētū inopinatū ex cauſis ꝯfluētib⁹ in his q̄ geruntť ob aliquid aliud. Tunc oñdit

quō effect⁹ caſualis cadit ſub ordine ꝓuidentie. Dictū eſt eñ ꝙ caſus ꝓuenit ex cauſis cōfluētib⁹. Qz aūt cauſe cōfluāt hoc ꝓuenit ex ordine ꝓuidentie. Vñ dicit. Cauſas ṽo ꝯcurrere ⁊ cōfluere facit iſte ordo ſup. fatalis. ꝓcedens īeuitabili cōnexiōe. ſ. cauſaꝝ. qui deſcēdens ſup. ordo de fonte ꝓuidētie: cūcta diſponit ſuis tꝑib⁹ ⁊ locis. Notandū ꝙ diffinitio caſus eſt

tum. Cōcurrere ṽo atqꝫ ꝯfluere cauſas facit ordo ille īeuitabili ꝯnexiōe ꝓcedēs: qui de ꝓuidētie fonte deſcēdens: cūcta ſuis locis tempꝛibuſqꝫ diſponit.

Metrū pꝛimū quinti libꝛi. (quētū.

r Vpis achemenie ſcopulis vbi ṽſa ſe
Pectoꝛib⁹ figit ſpicula pugna fugax
Tigris ⁊ eufrātes vno ſeſe fonte reſoluūt.
Et mox adiūctis diſſociant aquis.
Si coeāt: curſūqꝫ iterū reuocent ī vnū.
Confluat alterni qd̄ trahit vnda vadi.
Cōueniāt puppes: ⁊ vulſi flumīe trunci
Mixtaqꝫ foꝛtuitos implicet vnda modos
Quos tñ ipa vagos terre decliuia caſus
Gurgitis ⁊ lapſi defluus oꝛdo regit.
Sicqꝫ ꝑmiſſis fluitare videtur habenis
Foꝛs. patit̄ frenos: ipaqꝫ lege meat.

bona. qz ꝑ eā caſus diſtinguit̄ ab alijs. ꝑ h̄ qd̄ dr̄: caſus eſt euēt⁹ īopinat⁹: excluditur effect⁹ neccīo euenīēs vl' vt frequēter: ſic ſolē oꝛiri vl' hominem naſci cū ąnqꝫ digitis ī vna manu. talia eñ non eueniūt caſualit̄ ⁊ inopīate. Per h̄ qd̄ dr̄ ex cōfluentib⁹ cauſis: excludit̄ caſus ꝑ modo dict⁹: qui ſm antiquos ponebat̄ pro duci ex nulla cōnexiōe cauſarū. Per h̄ aūt qd̄ dr̄ in his ą gerunt̄ ob aliąd aliud: ꝑ hoc excludit̄ a caſu caſualitas ꝑ ſe. caſus eñ ⁊ foꝛtuna ſūt cauſe ꝑ accidēs: ⁊ fiūt ꝑ̄ter intētōez agētis.

Vapis achemenie ſcopulis. Iſtud eſt ꝑ̄mū illi⁹ ąnti qd̄ dr̄ metꝝ elegiacū. ⁊ ꝑ̄mū metrū ē dactilicū exametrū. ſecūdū eſt trochaicū penthametrū: vel dactilicū penthametrū. In ą phīa oñdit quō euētus caſualis ſe hz ad ꝓuidētiā diuinā. Eſt aūt materia exēpli ꝙ tigris et eufrates ſūt duo fluuij ab eodē fonte ꝓcedētes: ą poſtea abīuicē diuidunt̄. ⁊ ſi iteꝝ ꝯcurrāt neceſſe ē naues ⁊ alia ą ꝑ iſta flumīa deferunt̄ cōcurrere. ą ądē cōcurſus ꝓuenit inꝯ̄tū regunt̄ decurſu iſtoꝝ fluuioꝝ: ⁊ tñ eſt ꝑ̄ter intētōez iſtoꝝ ą regūt naues. Eodē mō cōcurſus cauſarū caſualis ꝯ̄uis ſit ꝑ̄ter intētōez ipoꝝum agētiū: tamē cōcurrūt ſm defluxū oꝛdinis fatalis ex regimīe diuine ꝓuidētie. Et ꝗ̄uis nobis ignoꝛātib⁹ oꝛdinē diuīe ꝓuidētie videant̄ aliąd caſuale ⁊ foꝛtuitū: tñ in ꝯpatōe ad deū oīa ſunt oꝛdinata ⁊ ꝓuiſa. Vñ dicit in

T

lſa. Tigris ⁊ eufrates reſoluūt ſe vno fōte ſcopulis. i. ex ꝯcauitatib⁹ rupis achemenie. i. mōtis parthie. vbi. ſ. ī parthia fugax pug ꝟſa ſpicula. i. ſagittas figit pectorib⁹ ſequētū. Eſt eñi cōſuetudo parthoꝝ ꝙ fugiēdo pugnāt ſagittādo a tergo ꝯ inſequētes. Et mox. i. paruū poſt ſpaciū. tigris ⁊ eufrates diſſociant abiūctis aquis ſup. alijs. ⁊ ſi dicti fluuij iterū coeāt. i. ꝯueniant. ⁊ reuocētur ī vnū curſuꝫ. ꝯfluat. i. oportꝫ ꝯfluere: illō qd̄ vnda alterni vadi. i. vtriuſ fluminis. trahit. i. ſecū ducit. ⁊ cōueniant puppes et trūci. vulſi. i. eradicati. flr. nunc. i. p flumen. et vnda mixta. i. ꝯfluens īplicꝫ. i. īplicabit ſortuitos modos. q2 vnda faciet cōcurrere fortuitu naues ⁊ trūcos: qs tñ vagos caſus. i. caſuales euētus: regit ipa declinia terre. i. depſſio terre: dans viā fluuio. ⁊ defluus ordo lapſi gurgitis. i. currentis aq: regit illos vagos curſus. Et ita eſt de euētu caſuali reſpectu ꝓuidentie. Vñ dicit. Fors. i. caſus vel fortuna: q̄ videt fluitare pmiſſis habenis. i. ſine regimīe. illa patit frenos. i. regimīa. ⁊ meat. i. trāſit: ipa lege. i. p ipam legē diuine ꝓuidentie

## Proſa ſecūda q̄nti libri:

a Nimaduerto inquā: idq vti tu dicis ita eſſe ꝯſentio. Sꝫ in hac herētiū ſibi ſerie cauſarū eſt ne vlla noſtri arbitrij libertas: an ipſos quoq humanoꝝ motus animoꝝ fatalis cathena cōſtringit. P. Eſt inquit. Neq eñ fuerit vlla rationalis natura q̄n eidem libertas aſſit arbitrij. Naꝫ qd̄ ratōe vti naturaliter poteſt: id habet iudiciū quo quodq diſcernat per ſe. igit fugi-

Nota ꝙ ſcribit in Geñ. Tigris ⁊ eufrates ſunt fluīa: quoꝝ ort⁹ eſt in paradiſo. Sed Hieronym⁹ autoritate Saluſtij dicit ꝙ ortus tigris ⁊ eufrates demōſtrat in armenia. i. in parthia: cui videt Boeti⁹ ꝯſentire. Beatus aūt Auguſ. ſup Geneſim ad līam iſtā ꝯrietatē cōcordat: dicēs. Illud cōtingit in iſtis flumībus qd̄ in alijs expimur. ſ. ꝙ aliqñ abſorbent a terra ⁊ iterum oriunt. Et q2 hoc ſepe pt cōtingere. ideo de ortu ipoꝝ fluuioꝝ diuerſa pnt dici. Vñ eñ Moyſes dicit in Geñ. ꝙ oriant in paradiſo: pt itelligi de prima origine eoꝝ. Sꝫ qd̄ dr ab alijs ꝙ al's oriant: pt itelligi de ortu eorū ſecūdario. Notādū ꝙ parthia eſt regio quedā q̄ alio noīe dr achemenia Vñ dicunt homīes parthi q̄ vincūt hoſtes ſuos fugiēdo ſagittas a tergo mittēdo. ⁊ ſic amor vincēdus ē fugiēdo. Vñ poeta dixit. Qua ſpecie martis cedit victoria parthis. Cipris ea pte ſili qꝫ vincit arte. Cipris. i. venus que colebatur in cipro. Et paup h̄enric⁹. Proſcribas igit gladijs ⁊ fuſtibus ipm: ſupple amorē. Et fugiēdo fuga quē fuga ſola fugat.

Animaduerto inquā. Hic incipit ꝓſa ſecūda hui⁹ q̄nti: in q̄ incipit determīare de cōueniētia libri arbitrij ad ꝓuidentiā diuinā. Et primo q̄rit an liberū arbitriū poſſit ſtare cū ꝓuidētia diuina. Et pria ꝓbat liberū

152

rum arbitriū eſſe. Scđo oñdit quō diuerſificat̃ in diuerſis. Et tertio oñdit act⁹ libert arbitrij cadere ſub ꝓuidētia diuia. Scđa ibi. Sʒ hāc. Tertia ibi Que tū. Primo dicit. Aiaduerto inquā .i. cognoſco: quō caſus ſtat cū ꝓuidentia: ⁊ ita cōſentio ſicut dixiſti. Et qrit Boe. Eſt ne vlla libertas arbitrij in hac ſerie cauſaꝝ ſibi herētiū: an fatalis cathena .i. fatalis neceſſitas cō-ſtrīgit motus .i. affect⁹ humanoꝝ aioꝝ. Tūc pҕia ꝓbat liberū arbitriū eſſe: dicens. Libertas arbitrij ē nō obſtāte ꝑdicta cōnexione cauſarū. neqꝫ eñ fuerit .i. eē poterit vlla rōnal natura q̄n libertas arbitrij eidē aſſit

enda optāda vc dinoſcit. Qđ vo q̄s optādum iudicat: eſſe petit. Refugit vo quod eſtimat eſſe fugiendum. Quare quib⁹ ineſt ratio: ipis etiam ineſt volēdi nolendiqꝫ libertas. Sed hanc nō in oīnibus equam eſſe cōſtituo. Naꝫ ſupnis diuiniſqꝫ ſubſtātijs: ⁊ ꝑſpicax iudiciū: ⁊ incorrupta voluntas: ⁊ efficax optatoꝝ p̄ſto eſt ptās. Humanas vo aīas liberiores q̄dē eſſe neceſſe eſt cum ſe in mentis diuine ſpeculatiōe cōſer-

Et accipit̃ hic rōnalis natura large ꝓ oī eo qđ habet cognitōem intellectiuam. ꝓbat aūt ꝙ oī nature rōnali inſit liberū arbitriuꝫ: dicēs. Illud qđ p̄t naturalr̃ vti rōne: id hꝫ iudiciū quo diſcernat vnūquodqꝫ. igit̃ per ſe dinoſcit .i. diſcernit fugiēda ⁊ optāda. Qđ aūt quis iudicat optāduꝫ id petit .i. ꝓſequit̃. ⁊ refugit illud qđ eſtimat fugiēdū. Quare quib⁹ ineſt ratio: illis ineſt libertas volēdi ⁊ nolēdi. Poteſt ergo ſic ratio formari. Oē qđ poteſt vti rōne habet iudiciū cognoſcēdi fugiēda ⁊ optāda. ſꝫ qđ quiſqꝫ iudicat optandū ꝓſequit̃: ⁊ qđ iudicat fugiendū hoc refugit. ergo omne qđ p̄t vti rōe hꝫ libertatē volendi ⁊ nolēdi. Notandū ꝙ dicit: illud qđ vtit̃ ratione hꝫ iudiciū quo diſcernat vnūquodqꝫ. hoc dicit ad differentiā iudicij naturalis qđ eſt in brutis. quo nō iudicat̃ vnūquodqꝫ agenduꝫ: ſed aliqđ particulare. ſicut ouis nō iudicat de quolibet fugiendo: ſed tm̄ de lupo. et apes nō habent induſtriā ad faciendū aliqđ opus: niſi ad fauos mellis. ſꝫ iudiciū ratiōis eſt de quolibet que agunt̃. Notandū ꝙ dicit ꝙ habens rōnis iudiciū ꝑ ſe iudicat ꝓſequēduꝫ vel fugiendū. licet eñ bruta quodāmodo cognoſcāt fugienda vel ꝓſequenda: non tamē per ſe. quia non ſunt cauſa iudicij. Homo autem nō ſolum cognoſcit finem ⁊ ordinata in finem: ſed cognoſcit ea vniuerſaliter per moduꝫ collationis ⁊ per modū ſyllogiſticū. etiam homo ſuū iudicium iudicat ⁊ diſcernit. quia intellectus eſt virtus cōuerſa ſupra ſe.

¶ Sed hanc non in oīnibus. Hic oſtendit pҕia quomō liberum arbitriuꝫ diuerſificat̃ in diuerſis: ſcilicꝫ in angelis ⁊ hominibus: dicens. Hanc ſcilicet libertatem arbitrij non cōſtituo eſſe equam .i. equalē in oībus. qꝛ maior eſt in ſubſtantijs diuinis q̄ in hoībus. Nā ſupnis ⁊ diuinis ſubſtan-

tijs ineſt ꝑſpicax iudiciū.i.infallibile iudiciū. ⁊ ineſt eis incorrupta volun
tas.i.inflexibilis ad malū. ⁊ in eis eſt ꝑſto.i. parata efficax ptās optatorū.
q̄r nō eſt in eis impedimētū executōis. Alias vero hūanas neceſſe ē eſſe libe-
riores q̄n cōſeruāt ſe in ſpeculatōe diuīe mentis.minꝰ vero libere ſunt cū di
labunt̄ ad corpa.i.ad curā rerū corpaliū.⁊ adhuc minꝰ libē ſunt cū colligā
tur t̄renis ar
tubus.i. affe
ctibꝰ:q̄bꝰ mi
nꝰ reſiſtē pn̄t
paſſiōibꝰ īſur
gentibꝰ. Ex-
trema vo.i.
maxima ē ſer
uitꝰ animarū
q̄ n̄do dedi-
te vitijs ceci
derint a poſ-
ſeſſione pro-
prie ratōis q̄
regi.i.dirigi
deberēt in a-
gendo. Naz

uant.minꝰ vo cum dilabūtur ad corpa.mi
nuſq̄ȝ etiā cum terrenis artubꝰ colligant.
Extrema vo eſt ſeruitus:cum vitijs dedi-
te ratōis ꝓprie poſſeſſiōis ceciderint. Naz
vbi oculos a ſumme luce veritatis ad in-
feriora et tenebroſa deiecerint:mox iuſti-
cie nube caligātur:pernicioſis turbant̄ af-
fectibus. Quibus accedendo:cōſentien-
doq̄ȝ quaz iuexere ſibi adiuuant ſeruitutē.
et ſūt quodāmodo ꝓpria libertate captiue.

vbi.i.poſtq̄ȝ.aīe deiecerint oculos rōis ⁊ ītellectꝰ a luce ſūme vitatis ad ī-
feriora ⁊ tenebroſa.i.ad t̄rena ⁊ carnalia.mox caligant̄.i.obſcurant̄ nube
inſcitie.i.ignorātie.⁊ turbant̄ ꝑnicioſis affectibꝰ.i.paſſiōibꝰ.q̄bꝰ acceden
do ⁊ ꝯſentiēdo adiuuāt.i.augmētāt ſuitutē.quā ſibi īuexere.i.induxerūt.
⁊ aīe vitioſoꝝ ſunt q̄dāmō captiue ꝓpria libertate. Notandū ꝙ liberū ar
bitriū ē libertas iudicādi ⁊ exeq̄ndi res. Uel ſm Boet.ſup ꝑ ꝑiarmeī.libe
rū arbitriū ē de volūtate iudiciū animi nullo extrinſeco aut violēter cogē-
te:aut violēter impediēte:nullo cogēte ad faciēdū q̄d diſplicet:nullo īpe-
diēte ne fiet q̄d placet. Notādū ꝙ liberū arbitriū in duobꝰ ꝯſiſtit.ī liber
tate iudicādi: ⁊ ī libtate exequēdi iudicata. Primū.ſ.libtatē iudicādi īpe
dit igrātia:ſʒ libtatē exeq̄ndi īpedit īpotētia executōis ⁊ corruptio volūta
tis. Nūq̄ȝ eī poſſumꝰ bonū ꝑficē:tū volūtate corrupta vitio nō ꝑficimꝰ. In
ſubijs aūt ſepatꝪ nō ē igrātia iudicādi:nec īpotētia ꝑficiēdi: nec corruptio
volūtaꝪ.ꝗ ī eis ē maxīa libtas arbitrij. Intelligētie eīn ī ullo fallūt̄.ꝗ hn̄t
ꝑſpicax iudiciū ⁊ nūq̄ȝ volūt niſi bonū.ꝗ ī eis ē īcorrupta volūtas ⁊ pn̄t ꝑfi
cere q̄cq̄d deſiderāt.ꝗ in eis ē efficax ptās optatoꝝ. Notādū ꝙ q̄dā dixe
rūt fuiſſe de intētōe Platonis:aīas hūanas ſil̄ eē creatas in celo:⁊ poſtea
deſcēdere ī corpa:⁊ ī eis detineri tanq̄ȝ ī vinculis.ſm illos gradꝰ libertatꝪ
aīaꝝ hūanaꝝ q̄s ponit in lr̄a ſic diſtīguūtur.ſ.ꝙ aīe cuȝ ſint ī celo create in
ꝯtēplatōe diuīe mētis ſunt maxīe libere. cuȝ aūt deſiderio corpoꝝ incipiūt
deſcēdere ad corpꝰ ſunt minꝰ libere.cū aūt iā ſunt colligate corpibꝰ adhuc
ſunt minꝰ libere.ſʒ mīma libertas ē ī eis q̄n ſubdunt̄ vitijs. Iſta t̄n expoſi-
tio nō tenet ſm veritatē. Ideo alit̄ exponit̄.ꝙ illas aīas neceſſe ē eē libe-
riores q̄ ꝯtēplatōi diuīe inſeruiūt:vt aīe virtuoſoꝝ ⁊ ꝯtemplatiuoꝝ:quoꝝ

cōuerſatio in celis eſt. Jlle aūt ſunt min⁹ libere que dilabunt̄ ad corpa.i.
q̄ue deſcendūt ad curā rex tpaliū: ſicut ſunt practici q̄ negociant̄ circa bo-
na tpalia ad cōem vtilitatē diſpēſanda. adhuc min⁹ libere ſunt aīe que ter
renis artub⁹ colligant̄.i. que deſcēdūt ad curandū ꝓpriū corp⁹ ⁊ ꝓpriā vti-
litatē. minime aūt libere ſunt que ſubdite vitijs ratōem amittūt. Uitioſus

Que tamē ille ab eterno cūcta ꝓſpiciens
ꝓuidētie cernit ītuit⁹: ⁊ ſuis queq; meritis
p̄deſtinata diſponit. oīa videt ⁊ oīa audit.

Metrū ſecundū q̄nti libri.

p Uero clarū lumīe phebum
Melliflui canit oris homerus.
Qui tamē intima viſcera terre
Non valet aut pelagi radioꝝ
Infirma ꝓrumpere luce.
Haud ſic magni conditoꝛ orbis

enī nō vnius tm̄ dn̄i eſt ſeruus. ſ; tot dominoꝝ q̄t vitioꝝ: ſm beatū Aug⁹. ¶ Que tn̄ ille. Hic oſtendit ph̄ia quō act⁹ liberi arbitrij cadunt ſub ꝓuidētia diuina. qꝛ ꝓpē ſ; q̄ diuina cognitio ſe extēdit ad oīa: dicens. Que

oīa dicta quo ad diuerſos gradus libertatis: ⁊ quo ad oēs act⁹ inde ꝓue-
nientes: cernit ille intuit⁹ ꝓuidentie diuina cūcta ꝓſpiciens. ⁊ queq; p̄de-
ſtinata diſponit ſuis meritis: reddendo bonis bona: ⁊ malis mala. Et hoc
cōfirmat autoritate greca: q̄ ſonat in latino. Omnia videt deus ⁊ oīa audit
Uel ſm alios ſonat. deus illuſtrat oīa clari⁹ q̄ʒ ſol. Notandū q̄ licz diui
na ꝓuidentia ab eterno oīa ꝓſpexerit: nō tn̄ ꝓpter hoc neceſſitat̄ liberū ar-
bitriū ad faciendū bonū vel malū. qꝛ ſm Ariſto. iij. Ethic. homo eſt dn̄s ſu
arū opationū a p̄ncipio vſq; ad finē. Et ꝙ ſm merita opationū liberi arbi-
trij recipit penā vel p̄miū.

Uero clarū lumīe phebū. Iſtud eſt metrū ſecundū hui⁹ q̄nti: qđ dici-
tur archiloicū ab īuētore: dactilicū a pede p̄domindruāte. In quo ph̄ia
cōmendat excellentiā diuine cognitōis in compatōe ad ſolē materialē: di-
cens. Homerus oris melliflui.i. dulcis eloquētie. canit.i. deſcribit phebuʒ
.i. ſolē clarū puro lumīe. Forſan enī Homer⁹ fecit libꝛuʒ de claritate ſolis:
qui.ſ. ſol non valet ꝓrumpere.i. penetrare. intima viſcera.i. ꝓfunda terre.
⁊ pelagi.i. maris. infirma.i. debili luce radioꝝ. Haud ſic.i. non ſic habet ſe
cōditoꝛ magni orbis.ſ. deus. ſ; ipe ſua cognitōe penetrat oīa: cū nihil poſ-
ſit ipm latere huic.ſ. cōditori. tuēti.i. reſpiciēti. cūcta ex alto.ſ. celo. terre ſi-
bi reſiſtūt nulla mole.i. magnitudine: ſicut obſiſtūt radijs ſolis. Nec etiaʒ
nox obſcura obſtat ſibi atris nubib⁹. īmo in vno ictu mētis.i. in vnico mē-
tali intuitu: cernit que ſunt q̄ʒtū ad p̄ſentia. que fuerūt q̄ʒtū ad p̄terita. que
veniāt q̄ʒtū ad futura. quē.ſ. cōditorē. qꝛ reſpicit oīa ſolus: tu poſſis dicere
verum ſolem. Notandū licz deus oīa cognoſcēdo ꝓuideat etiā illa q̄ fi-
unt ex libero arbitrio: voluit tamē quaſdā creaturas eſſe liberi arbitrij. q̄a

hoc magis decet diuinā bonitatē. Sicut enī melius ⁊ nobilius eſt regnū in quo nō tm̄ ſeruitur regi a ſeruis: ſed etiā a liberis ꝙ vbi tm̄ ſeruit a ſeruis. ſic melius erit regnū dei ⁊ decenti⁹ ex hoc ꝙ ſunt alique creature libere ſeruiētes: ſicut homo ⁊ angelus ꝙ̄ ſi eſſent ſole creature ſeruiliter opantes: cuiuſmodi ſunt oēs creature ꝑter hoīem ⁊ angelū: que ex determiatōe nature neceſſitanē ad ſua opera.

Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terre mole reſiſtunt.
Non nox atris nubibus obſtat:
Que ſint: que fuerint: veniantq;
Uno mentis cernit in ictu.
Quem quia reſpicit omnia ſolus:
Uerum poſſis dicere ſolem.

## Proſa tertia libri quinti.

Tum ego. En inquam difficiliori rurſus ambiguitate cōfundor. P. Quenam inqt iſta eſt: iam enī quibus ꝑturbare cōiecto. B. Nimiū inquā aduerſari ac repugnare videt̄ ꝑnoſcere vniuerſa deum: ⁊ eſſe vllum libertatis arbitriū. Nam ſi cūcta ꝓſpicit deus: neq; falli vllo modo poteſt: euenire neceſſe eſt ꝙ ꝓuidentia futurū eſſe ꝓuiderit. Quare ſi ab eterno non facta hominū modo: ſed etiam cōſilia volūtateſq; ꝑnoſcit: nulla erit arbitrij libertas. Neq; enī vel factū aliud vllū: vel quelibet exi-

Tum ego. En inquam. Hic incipit tertia ꝓſa hui⁹ qnti: ī qua Boeti⁹ obijcit cōtra p̄dicta: oſtendēs nō poſſe ſil' ſtare ꝓuidentiā ⁊ liberum arbitriū. Et ꝑmo ꝑmittit ꝙ dicta ꝑūt habē dubitatōem. Secūdo ponit rōem dubitatōis: ibi. Nimiū īquā. Primo dicit. Tum ꝑ tūc: finitis p̄dictis ego Boet. inquā. O phīa rurſ⁹ ego cōfundo: difficiliori ambiguitate. Et q̄rit phīa. Quenā eſt iſta ambiguitas. iā enī cōiecto. i. indico. qbus tu perturbare. i. ꝑturbaris. Notandū ꝙ cōiectare eſt ex aliquibus ſignis aliquid putare. Et ſic phīa cōiectit per locū a cōiter accidentib⁹ dubitatiōem Boetij. quia cōmuniter quicūq; loquebant̄ de ꝓuidentia ⁊ libero arbitrio dubitabāt de cōpaſſibilitate eoꝝ.

¶ Nimiū inquā. Hic Boeti⁹ exꝑmit ſuam dubitatōem: oſtēdens ꝓuidentiam ⁊ liberū arbitriū eſſe incōpaſſibilia. Primo facit hoc. Secundo excludit quaſdā vias quib⁹ aliqui conabant̄ defendere ꝓuidentiam: ibi. Quid igit̄. Ad ꝓbandū ḡ incōpaſſibilitatē p̄dictoꝝ ponit tres ratiōes. Scd̄a ibi

ſtere poterit volũtas: niſi quam neſcia falli ꝓuidentia diuina p̄ſenſerit. Naꝫ ſi alioꝛſum ꝗ̄ ꝓuiſa ſunt detoꝛqueri valēt: nõ iam erit futuri firma p̄ſentia: ſed opinio potius incerta: quod de deo nefas credere iudico Neqꝫ eniꝫ illam pꝛobo ratiõem qua ſe quidam credunt hunc queſtionis noduꝫ poſſe diſſoluere. Aiũt enim non ideo quid eſſe eventurum: quoniaꝫ id prouidētia futuruꝫ eſſe ꝓſpexerit: ſꝫ ecõtrario potius. quoniam qđ futurũ eſt: id diuinaꝫ ꝓuidentiam

Ad hec. Tertia ibi. Poſtremo. Primo ponit p̄mã rõem. Secũdo excludit quãdã ſolutõem eius: ibi. Neqꝫ eñ. Primo modo dicit. Nimiũ videt̄ aduerſari ⁊ repugnare deũ p̄noſcere vniuerſa: et eſſe vllũ libertatis arbitriũ. Q₂ aũt iſta repugnãt ꝓbat. Nam ſi de⁹ ꝓſpicit cũcta: neqꝫ vllo modo falli p̄t: neceſſe eſt euenire illud qđ ꝓuidentia p̄uiderit eſſe futurũ. qđ ſi nõ eueniret falleretur ꝓuidētia Quare ſi ab eterno nõ modo. i. non tm̃ facta hominũ: ſed etiaꝫ cõſilia ⁊ voluntates prenoſcit: nulla erit libertas arbitrij: ſꝫ omnia euenirent de neceſſitate. Q₂ aũt deus ſua ꝓuidētia omnia p̄cognoſcat: declaraꝫ Neqꝫ eñ poterit exiſtere aliquod factum vel aliqua voluntas: niſi quam preſenſerit. i. p̄ſciuerit ꝓuidentia diuina neſcia. i. nõ potens falli. nec poſſunt aliter euenire ꝗ̄ p̄uiſa ſunt. Nam ſi valent detoꝛqueri alioꝛſum. ſ. vt aliter eueniant ꝗ̄ ꝓuiſa ſunt: non erit iam firma p̄ſcientia dei: ſed potius erit incerta opinio: quod iudico nefas credere de deo. Notandum ꝙ ex littera ſic foꝛmatur ratio. Illa que prouidētur infallibiliter de neceſſitate eueniũt. ſed omnia prouidētur a deo infallibiliter. ergo omnia de neceſſitate eueniũt. ⁊ ſic perit libertas arbitrij. Notandum ꝙ ſcientia dei non eſt opinio. qꝛ opinio eſt eoꝛum que ſic ⁊ aliter ſe poſſunt habere: ex p̄mo Poſterioꝝ. ſcientia autem eſt eoꝝ que non poſſunt ſe aliter habere. ergo ſcientia dei non eſt dicenda opinio.

¶ Neqꝫ enim illam pꝛobo rationeꝫ. Hic philoſophia excludit quãdam reſponſionem que poſſet dari ad p̄dictam rationē. Et primo ponit eam. Secundo eam excludit: ibi. Quaſi vo. Primo dicit. Neqꝫ enim pꝛobo. i. appꝛobo. illam rationem. i. reſponſioneꝫ. qua quidam credunt ſe poſſe diſſoluere nodum. i. difficultatem queſtionis. Aiunt eñ non ideo quid eſſe venturum: quoniam ꝓuidentia ꝓſpexerit illud eſſe futurũ. i. venturuꝫ: ſed potius econtrario. i. ecõuerſo. quoniam quod futurum eſt: illud non poſſe latere ꝓuidentiam diuinã. quaſi di. euentus rei eſt cauſa p̄ſcientie ⁊ non ecõuerſo. et ideo ex euentu debet concludi neceſſitas p̄ſcientie: non ecõuerſo ſcđm eos. Et iſto modo neceſſarium eſt hoc: ſcilicꝫ quod cõcluditur de euētu relabi in ꝯ̃riã ꝑtē. ſ. vt quod cõcludit̄ de euētu: hoc ꝯcludat̄ de p̄ſentia.

Necꝫ enĩ neceſſe eſt cõtingere que ꝓuidenť ſm eos: ſ; que futura ſunt neceſſe eſt ꝓuideri. Notandũ ꝙ prior ratio ꝑrendebat ꝙ oĩa futura de neceſſitate eueniãt. qꝛ deꝰ futura infallibiliter ꝓuidet. Rñſio aũt quorũdã dicit ꝯriũ. dicit enĩ. Non ideo qꝛ deꝰ ꝓuidet futura neceſſario eueniũt. ſ; quia uentura ſunt: ideo deꝰ ea ꝓuidet.

latere nõ poſſe. Eoqꝫ modo neceſſariuꝫ eſt hoc in ꝯriã relabi ꝑtẽ. Necꝫ enĩ neceſſe eſt ꝯtingere q̃ ꝓuidenť: ſed neceſſe eſt q̃ futura ſũt ꝓuideri. Quaſi vo q̃ cuiuſqꝫ rei cauſa ſit ꝑſcientia ne futurorꝫ neceſſitas ſit: an futurorꝫ neceſſitas cã ꝓuidentie laboreť. Ac nõ illud demõſtrare nitamur quoq̃ modo ſe habeat ordo cauſarꝫ. Neceſſariũ eſſe euẽtum ꝑſcitarꝫ rerũ: etiã ſi ꝑſciẽtia futuris rebus eueniẽdi neceſſitatẽ non videať inferre. Etenĩ ſi quiſpiam ſedeat: opinionẽ que eum ſedere cõiectat veram eſſe neceſſe eſt. Atqꝫ ecõuerſo rurſus ſi de quopiam vera ſit opinio q̃m ſedet: cuꝫ ſedere neceſſe eſt.

¶ Quaſi vo. Hic excludit iſtã reſpõſionem: dicens. Iſta rñſio ꝓcedit q̃ſi laboraret querẽdo cuiꝰ rei cã ſit ꝑſcientia. vtrũ ſit cã neceſſitatis futurorꝫ vł vtrꝫ neceſſitas futurorꝫ ſit cauſa ꝓuidentie ſed nos nitamur. i. laboramꝰ hoc demonſtrare. ſ. neceſſariũ eē euentũ reruꝫ ꝑſcitarũ: q̃q̃ mõ. i. quocũqꝫ modo: ſe habeat ordo cauſarꝫ. Etſi ꝑ q̃uis. ꝑſciẽtia nõ videať inferre neceſſitatẽ eueniẽdi rebꝰ futuris. Qđ declarat in exẽplo: dicens. Si aliq̃s ſedeat: neceſſe eſt opinionẽ eē verã q̃ cõiectat eũ ſedere. Et ecõuerſo ſi de aliquo vera ſit opinio qꝛ ſedet: neceſſe ē eũ ſedere. igiť in vtroqꝫ. ſ. in opiniõe ⁊ ſedẽte ē neceſſitas. in hoc. ſ. ĩ ſedẽte ē neceſſitas ſedẽdi. ⁊ ĩ altero. ſ. ĩ opiniõe eſt neceſſitas veritatis. Sꝫ nõ idcirco q̃ſqꝫ ſedet ſup. cauſaliť: q̃m vera eſt opinio. qꝛ veritas opiniõis nõ eſt cã ſeſſiõis. ſ; hec. ſ. opinio potiꝰ eſt vera: q̃m ꝑceſſit quẽpiã. i. aliquẽ ſedere. Et ita cũ cauſa veritatis ex altera ꝑte ꝓcedat: tñ in vtroqꝫ ē cõis neceſſitas. ⁊ eodẽ mõ ꝯtingit arguere de ꝓuidẽtia ⁊ de his q̃ ꝓuidenť. Vñ dicit. patet. i. manifeſtũ ē: ratiocinari de ꝓuidẽtia ⁊ de rebꝰ futuris. Nã etſi ꝑ q̃uis. idcirco ꝓuidenť: q̃m futura ſunt. nõ tñ ideo eueniũt q̃m ꝓuidenť. nihilominꝰ tñ neceſſe ē a deo vel vẽtura ꝓuideri: vel ꝓuiſa euenire. ita ꝑ vtreqꝫ ꝑti ineſt neceſſitas: q̃uis alteri cauſalitas. qđ ſolũ ſatis ē. i. ſufficit ad ꝑimendã libertatẽ arbitrij. Notandũ ꝙ rñſio iſta quã ĩnuit in lr̃a videť fuiſſe ipſius Origenis. q̃ ſup̃ ep̃lam ad Roma. ſic dicit. Nõ ꝓpterea aliq̃d erit qꝛ illud deꝰ ſcit futurũ. ſ; qꝛ futurꝫ ē: ideo ſciť a deo anteq̃ fiat. Qđ tñ ꝑt ĩtelligi dupľr. Vno mõ ꝙ euẽtus rei ſit cauſa ꝑſcientie ſm rōem ꝯñtie: ⁊ ſic rñſio ē vera. Alio mõ ꝑt ĩtelligi ꝙ euẽtus

rei ſit cauſa pſciẽtie ſm exiſtẽtiã: ⁊ ſic ẽ falſa. ⁊ hoc mõ improbat̃ hic a Boetio. Primo ḡ oñdit Boet. ꝙ iſta rñſio nõ eſt ad ꝓpoſituꝫ. Scđo oſtẽdit ꝙ nõ includit veritatẽ: ibi. Jam vo.

¶ Jam vo. Hic pħia oñdit ꝙ iſta rñſio ĩcludit falſitatem. qꝛ ponit ꝙ aliqđ tpale ſit cã eterni. Dicũt eñ ꝙ res future ſint cauſa ꝓuiſiõis etñe. Vñ dicit.

In vtroqꝫ igit̃ neceſſitas ineſt. in hoc quidem ſedendi. at vo in altero veritatis. Sꝫ nõ idcirco quiſqꝫ ſedet qm̃ vera ẽ opinio: ſꝫ hec potius vera eſt qm̃ quẽpiaꝫ ſedere precesſit. Ita cũ cauſa veritatis ex altera parte ꝓcedat: ineſt tamẽ cõis in vtroqꝫ neceſſitas. Similia de ꝓuidentia futuriſqꝫ rebus ratiocinari patet. Nam etiã ſi idcirco quoniã futura ſunt ꝓuident̃: nõ vo ideo quoniam ꝓuident̃ eueniũt. Nihilomin⁹ tamen a deo vel ventura ꝓuideri: vel ꝓuiſa euenire neceſſe eſt. qđ ad perimẽdã arbitrij libertatem ſolum ſatis eſt. Jam vo qꝫ ꝓpoſterum eſt vt eterne pſcientie tempaliũ reruꝫ euẽt⁹ cauſa eſſe dicat̃. Quid eſt autem aliud arbitrari ideo deuꝫ futura: quoniã ſunt euentura ꝓuidere qꝫ putare que olim acciderunt: cauſã ſumme illius eſſe ꝓuidentie.

Ad hec. ſicuti cũ quid eſſe ſcio: idipm eſſe neceſſe eſt. ita cuꝫ q̃d futurũ noui: idipm

Jaꝫ vo qꝫ ꝓpoſterꝫ. i. peruerſuꝫ eſt: vt euẽt⁹ rerꝫ tpaliũ dicat̃ eſſe cã etñe pſcientie. qđ dĩ ĩ iſta reſpõſiõe. Vñ ſubdit. Quid eſt aliud arbitrari deũ ideo ꝓuidere futura: qm̃ ſunt euẽtura qꝫ putare q̃ olim acciderũt. ſ. ipſa futura eẽ cãꝫ ſũme ꝓuidentie. q. d. nihil ẽ aliud dicẽ. Notandũ ꝙ nullũ tpale eſt cã eterni: ſed potius ecõuerſo. Indigni⁹ eñ non eſt cã digniorꝭ: eo ꝙ cauſa dignior eſt effectu tpale aũt indigni⁹ eſt eterno: ſicut corruptibile incorruptibili. ergo ⁊c̃.

¶ Ad hec. ſicuti cũ q̃d eſſe ſcio. Hic ponit ſecũdã rñſionẽ ad ꝓbãdũ ſecũdã cõcluſionẽ: dicẽs. Ad hec ſup. pdicta. addẽda eſt hec rõ. ſicuti cuꝫ ſcio eſſe q̃d. i. aliq̃d: neceſſe eſt ipm eſſe. ita cũ noui q̃d futurũ: neceſſe eſt idipm eſſe futurũ. ſic igit̃ fit. i. cõtingit. vt euẽtus rei pſcite nequeat euitari. Notandum ꝙ ratio ſic poteſt formari. ſicut ſe haber ſciẽtia reſpectu ſcibilis pſentis: ſic pſcientia reſpectu effectus futuri. ſꝫ cum ſcio in pſenti aliq̃d eſſe: neceſſe eſt ipm eſſe. ergo cum pſcitur aliquid futurũ eſſe: neceſſe eſt ipm futurum eſſe. ſꝫ deus pſcit oĩa futura. ergo neceſſario eueniũt. ⁊ ſic iterum tol

litur libertas arbitrij.

¶ Poſtremo ſi qd aliqs. Hic ponit tertiā ratōez ad idem: dicens. Si quis exiſtimet aliquid eſſe aliorſum. i. aliter ꝙ res ſe habet: illud nō modo. i. nō tm̄ non eſt ſciētia: ſed eſt fallax opinio lōge diuerſa a veritate ſciētie. quare ſi aliqd ita futurū eſt vt ei⁹ euētus nō ſit certus ꝛ neceſſarius: quō illud poterit p̄ſciri euētur. q. di. nullo mō. Cuius rōnez aſſigāt: dicēs. Sic ipſa ſciētia eſt impmixta falſitati: ſic illō qō cōcipitur ab ea nō pt aliť eſſe ꝙ ꝯcipiť. quia ſi poſſet aliť ſe habere: tūc ſciētia poſſet eē falſa. Unde ſbdit. Iſta ē cā quare ſciētia careat mēdacio. quia neceſſe eſt vnāquāq3 rez ita ſe habere ſicut ſciētia cōprehēdit eaz ſeſe habere.

futurum eſſe neceſſe eſt. Sic ſit igiť vt euentus p̄ſcite rei nequeat euitari. Poſtremo ſi quid aliquis aliorſū ꝙ ſeſe res habet exiſtimet: id non modo ſciētia non eſt: ſed eſt opinio fallax ab ſcientie veritate longe diuerſa. Quare ſi quid ita futurū eſt: vt eius certus ac neceſſari⁹ non ſit euentus: id euēturum eſſe preſciri qui poterit? Sicut enim ſcientia ipa impmixta eſt falſitati: ita id qō ab ea cōcipitur: eſſe aliter ꝙ cōcipitur nequit. Ea nāq3 cauſa eſt cur mendacio ſcientia careat. ꝙ ſe ita rem quāq3 habere neceſſe eſt: vti eam ſeſe habere ſciētia cōp̄hendit. Quid igiť. Quonā3 modo deus hec incerta futura p̄noſcit. Nam ſi ineuitabiliter euentura cenſet que etiam non euenire poſſibile eſt: falliť. qō ſentire nō modo nefas eſt: ſed etiam voce pferre. At ſi ita vti ſunt: ita ea futura eſſe decernit: vt eque vel

Notandū ꝙ ratio quaz intēdit ē iſta. Quicūq3 exiſtimat rez aliť eſſe ꝙ eſt: ei⁹ exiſtimatio eſt falſa. ꝛ nō eſt ſciētia ſ3 fallax opinio. ſ3 ſi de⁹ p̄ſcit aliqō futurū eē: ꝛ ſi ipm nō neceſſario eueniit ſicut p̄ſciuit p̄ſciētia dei: nō erit ſciētia ſ3 fallax opinio. ſ3 futura a deo p̄uiſa neceſſario eueniūt. ꝛ ſic perit liberū arbitriū.

¶ Quid igiť. Hic pħia improbat modos quib⁹ aliqui nituť ſaluare puidentiā. Et p̄mo querit quō poſſit ſaluari puidētia diuina: improbādo duos modos quib⁹ aliq̄ conabanť ipam ſaluare. Secūdo ponit tertiū modū ſilr ipm improbādo. Scđa ibi. Ar ſi apud. Primo diť. Quid igiť ſup. dicem⁹. quonā mō dici pōt ꝙ de⁹ p̄noſcit hec futura incerta? Prim⁹ modus eſt vt dicať de illa que puidet iudicari infallibiliter: ꝙuis poſſint nō eue-

nire. ſ id eſt incōueniens. qꝛ tūc falleret̃ ſua ꝓuidētia. Vn̄ dicit. Nā ſi deus cenſet. i. iudicet euenire infallibiliter: q̄ etiā poſſibile eſt nō euenire: fallit̃ ſup. de⁹. qd̓ nō modo. i. nō tm̄: nefas ē ſentire de deo: ſ etiā nefas ē voce ꝓferre. Secūdus mod⁹ ē vt dicat̃ deū ꝓuidere futura ĩdeterminate ſicut ſunt futura: ſ iſto modo ꝓuidētia dei nō eſt certa. Vn̄ dicit. Si de⁹ decernit iſta futura eſſe q̄ ꝓuident̃ indeterminate ſicut ſūt. vt ſcȝ cognoſcat ea eque. i. equaliť: poſſe fieri vel nō fieri que ē iſta preſcientia q̄ nihil certū: nihil ſtabile cō ꝑhēdit. q. d. taliť ꝓuidētia nulla eſt. Et q̄d hec ꝑſciētia refert: id eſt differt: ab illo vaticinio ridiculoſo Tireſie: qui dicebat. Quic

fieri ea: vel non fieri poſſe cognoſcat. que ē hec ꝑſciētia q̄ nihil certū: nihil ſtabile cō- ꝑhēdit. Aut q̄d hoc refert vaticinio illo ridiculo Tireſie: quicq̄d dicā aut erit aut nō Quid etiā diuina ꝓuidētia hūana opinione ꝑſtiterit: ſi vti hoīes incerta iudicat quorum eſt incert⁹ euētus. Qd̓ ſi apud illuz rerum omniū certiſſimū fontē nihil incerti eſſe poteſt: certus eoꝝ eſt euētus que futura firmiter ille ꝑſcierit. Quare nulla eſt humanis cōſilijs actionibuſq; libertas: quas diuina mens ſine falſitatis errore cūcta proſpiciēs: ad vnū alligat ⁊ ꝯſtringit euentū.

quid dicā hoc erit vel non erit. Quid etiam. i. in quo diuina ꝓuidētia ꝑſtiterit. i. ꝑualebit humana opinione. ſi iudicat incerta ſicut homĩes: ea quorum euentus eſt incertus. quaſi di. in nullo differt. Notandū ꝙ cū Tireſia vidiſſet duos ſerpentes ſimul coire: ꝓiecto baculo ipos ſepauit abinuicem: ⁊ mutatus fuit in mulierem. Poſt ſeptenniuz iterum ſerpentes coeuntes baculo ſepauit: ⁊ mutatus fuit in virum. Cuz autem orta fuiſſet diſſenſio inter Jouem et Junonem: an maioꝛ eſſet delectatio in coitu viri ꝙ̄ mulieris: elect⁹ fuit Tireſia in iudicem. qui expertus erat ſortem vtriuſq; ſexus. Cum aūt diceret maiorem eſſe delectatōem mulieris: Juno cōmota excecauit ipm. Jupiter autem ſui miſertus in recōpenſam amiſſi viſus: dedit ſibi ſpm̄ vaticinādi. Fuit aūt hec ſua vaticinatio. Quicq̄d dicā erit vel nō erit. Si ḡ de⁹ nō aliter ꝑſciret futura ĩdeťmĩata niſi qꝛ erūt vľ nō erunt: nō differret ſua ꝑſciētia a ꝑſciētia Tireſie: qd̓ ē ridiculoſuz.

¶ Qd̓ ſi apd̓ illū rez. Hic pōit tertiū modū conātiū ſaluare ꝓuidētiā. Et ē vt ponam⁹ oīa euenire de neceſſitate: ⁊ auferam⁹ liberꝝ arbitriū. Primo ḡ ponit iſtū modū. Scd̓o oñdit q̄ ĩcōueniētia ſeqnt̃ ad ipm: ibi. Quo ſemel. Primo ḡ ꝯcludit iſtū modū: dicēs. Qd̓ ſi apd̓ illū certiſſimū fontē oīm rerū nihil p̄t eſſe incerti: cert⁹ ē euēt⁹ eoꝝ que ipe firmiter ꝑſciuerit futura. quare nulla erit libertas humanis cōſilijs ⁊ actiōib⁹: q̄s diuina mens ſine er-

roꝛe falſitatis cũcta ꝓſpiciẽs alligat ⁊ cõſtringit ad vnũ euentũ. Notandũ q̄ nulla mutatio cadit circa fontẽ oĩm reꝝ. q2 cognitio ei⁹ nõ p̃t eẽ ĩcerta. et ſi iã eſſet incerta eſſet imꝑfecta ⁊ diminuta. ſi ḡ eſt certa reſpectu futuroꝝ: neceſſe ẽ vt oĩa futura p̃ſcita a deo neceſſario eueniãt.

¶ Quo ſemel recepto. Hic ponit incõueniẽtia que ſequũtur ſi auferať liberum arbitriũ

Quo ſemel recepto quãtus occaſus humanaruꝫ rerum cõſequatur liquet. Fruſtra enĩ bonis maliſqꝫ p̃mia pene ve ꝓponitur: que nullus meruit liber ac volũtarius motus animoꝝ. Idqꝫ omniũ videbiť iniquiſſimũ qḋ nunc equiſſimũ iudicať: vel puniri improbos vľ remunerari probos. quos ad alterutrũ non ꝓpria mittit voluntas: ſed futuri cogit certa neceſſitas. Nec vitia igitur nec virtutes quicq̃ fuerint: ſed omniũ meritoꝝ potius mixta atqꝫ indiſcreta cõfuſio. Quoqꝫ nihil ſceleratius excogitari põteſt: cũ ex ꝓuidẽtia rerũ om̃is ordo ducať. nihilqꝫ liceat cõſilijs humanis: fit vt vitia queqꝫ nr̃a ad bonoꝝ oĩm referaǔ autoreꝫ.

Et p̃mo oſtẽdit q̄ incõueniẽtia ſequũtur ex parte hominũ. Secũdo q̄ ex parte dei dei. Tertio q̄ ex parte ꝯiunctõis hoĩm ad deũ Secũda ibi. q̄ nihil. Tertia ibi. igiť nec ſperãdi. Incõueniẽtia ex parte hoĩm ſũt Si non ſit liberũ arbitrium fruſtra ꝓponunť hoĩbus pene vel p̃mia: et iniuſte puniũtur mali ⁊ p̃miant boni. nec erũt vitia nec virtutes in hoĩb⁹: ſicut nec ĩ alijs q̄ agũt neceſſitate nãe ⁊ nõ libtate animi. Vñ diť. Quo ſemel recepto. i. poſito. ſ. vt negeť libeꝝ arbitriũ. liq̄t. i. manifeſtũ ẽ. q̄nt⁹ occaſus. i. q̄nta deſtructio hũanaꝝ reꝝ ꝯſeq̄tur. Fruſtra enĩ ꝓponunť bonis p̄mia ⁊ malis pene: ita ſtatuta ⁊ leges hũane erũt ĩutiles: q̄ penas ⁊ p̃mia ſtatuũt. q̄ null⁹ motus aĩoꝝ liber ac volũtari⁹ meruit. Et illud videbiť iniq̄ſſimũ oĩm qḋ nũc iudicať eq̄ſſimũ. ſ. puniri ĩprobos ⁊ remunerari ꝓbos. q̄s ad alterutꝝ. l. ad ꝓbitatẽ vel ĩprobitatẽ nõ mittit ꝓpria volũtas: ſ; cogit certa neceſſitas futuri. igiť v̇tutes ⁊ vitia nõ fuerĩt q̄cq̃: ſ; poti⁹ erit mixta ⁊ ĩdiſcreta ꝯfuſio oĩm meritoꝝ. ſ. bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Nota q̄ oẽs v̇tutes ⁊ vitia oꝛiũť ex libꝫa electõe bõi ⁊ mali. ⁊ ſilr punitio ⁊ remuneratio fiũt ꝓpť liberã actõeꝫ bõi vľ mali. Si ḡ tolliť libtas arbitrij nõ erit liba electio nec liba actio bõa vľ mala. ⁊ ꝑ ꝯñs nlla erit v̇t⁹ ⁊ nullũ vitiũ. ⁊ ĩiuſte mal⁹ puniet cũ ex nccitate malũ opeť. ⁊ ĩiuſte bon⁹ p̃miet cũ ex nccitate opeť bonũ: qḋ ẽ abſurdũ dicẽ.

¶ Quoqꝫ nihil ſceleratius. Hic oſtendit incõueniens qḋ ſequitur ex parte dei: ſcilicet q̄ de⁹ erit auctoꝛ maloꝝ. Vnde dicit. Cũ oĩs oꝛdo rerũ ducať ex ꝓuidẽtia diuiña ⁊ ſi nihil liceat libere fieri ex hũanis ꝯſilijs. fit. i. ſeq̄ť vt vt

cia noſtra referant ad auctorẽ oĩm ſup. deũ. quo nihil ſceleratiꝰ excogitari põt q; deũ dicere auctorẽ maloꝝ: qd̾ tñ neceſſariũ ẽ ablata libertate. Notandũ q; defectꝰ in opatõe q̃ defectꝰ nõ eſt ĩ ptãte rei vt euitet: neceſſario ẽ ab agẽte ꝛ a pducẽte. Si ĝ actio volũtat̃ nr̃e nõ ẽ libera: defectꝰ actõis ẽm volũtatẽ reducet in deũ. ꝛ ſic deꝰ erit cã defectuũ nr̃oꝝ: qd̾ ẽ abſurdũ.

Igit nec ſperãdi aliq̃d nec dep̃cãdi vlla rõ ẽ. Quid eñ vl' ſperet q̃ſq; vl' etiã dep̃cet: qñ optãda oĩa indeſlexa ſeries ꝯnectit. Auferet igit vnicuz illud int hoĩes deũq; cõmertiũ: ſperandi ſcz ꝛ dep̃cãdi. Siq̃dez iuſte hũilitatis p̃cio ineſtimabilẽ vicẽ diuine grẽ ꝓmeremur. q̃ ſolꝰ modꝰ eſt q̃ cũ deo colloq̃ hoĩes poſſe videant. Illiq; inacceſſe luci priꝰ q̃z q; ĩpetrẽt: ĩpa ſupplicãdi ratõe ꝯiũgi. Que ſi recepta futuroꝝ neceſſitate nihil viriũ hr̃e credant: quid erit q̃ ſũmo illi reꝝ principi cõnecti atq; adherere poſſimꝰ. Quare neceſſe erit hũanũ genus: vti pauloante cãtabas: diſſeptũ atq; diſiũctũ ſuo fonte ſatiſcere.

¶ Igit nec ſperandi aliquid. Hic ponit icõueniẽtia q̃ ſequũt ex cõiunctõe hoĩs ad deũ q̃a tolleretur actꝰ dep̃cãdi ꝛ actꝰ ſperandi: q̃bꝰ maxime coniungimur deo. Vñ dicit. Igit ſi tollitur liberum arbitriũ nec vlla ratõ ẽ ſpecãdi aliq̃d: nec dep̃cãdi int deũ et homines. Quid eñ q̃ſq; dep̃cet vl' ſperet: ſi ſeries indeſlexa cõnectit oĩa optãda. q. d. fruſtra fieret vtrũq;. Igit auferet illud vnicuz cõmertiũ. ſ. ſperãdi ꝛ dep̃cãdi int deũ ꝛ hoĩes. Vocat aũt ſpẽ ꝛ dep̃catõez cõmertiũ. q: iſtis mereamur oĩa bñficia. Vñ ſubdit. Siq̃dẽ p̃cio iuſte hũilitatia nos hoĩes ꝓmeremur ĩeſtimabilẽ vicẽ. i. retributiõez diuĩe grẽ. q̃ modꝰ dep̃cãdi ſolꝰ ẽ q̃ hoĩes videant poſſe colloq̃ cũ deo: ꝛ ꝯiũgi ĩacceſſe. i. inacceſſibili luci ſup. deo: priuſq; hoĩes ĩpetrẽt qd̾ petũt. Priꝰ eñ p̃ces porrigimꝰ q; effectũ petitõis ꝯſeqmur. q̃. ſ. ſpes ꝛ dep̃catio: ſi nihil credãt habere viriũ: recepta. i. ꝯceſſa necitate futuroꝝ: q̃d erit q̃ ꝯiũgi poſſimꝰ illi ſummo p̃ncipi reꝝ. q. d. nihil. q̃re neceſſe erit genꝰ hũanũ diſſeptũ. i. diſiunctuz ſuo fõte. i. a ſuo p̃ncipio: ſup. a deo. fatiſcere. i. deficere. vti pauloante cãtabas: in. vi. met. iiij. libri. Notãdũ q; actꝰ dep̃cãdi ſpectat ad ĩtellectũ: et eſt orõ ẽm Jo. damaſ. aſcẽſus ĩtellectꝰ ad deũ vel ĩ deũ. q̃ q̃dẽ actu inſinuamus deo ĩdigẽtiã nr̃az. nõ q; deo p inſinuatõez nr̃az aliq̃d ĩnoteſcat qd̾ prius ignorauerit: ſ; vt nos ĩpa inſinuatõe vtẽdo cõſiderem ĩ bis eẽ recurrẽdũ ad diuinũ auxiliũ. Actꝰ aũt ſperãdi ptinet ad volũtatẽ. q: eiꝰ obiectũ ẽ bonũ futurũ. p iſtũ actũ adheremꝰ deo tanq; pfecto p̃ncipio bonitatis: inſ

tentis ei⁹ auxilio ad ꝯſequẽdũ bonũ quo ĩdigem⁹. ſ ſi hmõi bonũ neceſſa
rio eueniret: vl' ĩpoſſibile eẽt eueire vtrũ act⁹ tã depcãdi ꝗ ſpãdi eẽt ĩutil'.
Quenam diſcors federa rerũ. Hic incipit tertiũ hui⁹ q̃nti: qḋ dr̃ ado/
nicũ: vel ſm alios archilogicũ ab ĩuẽtore: dactilicũ a pede p̃dñante
In quo facit exclamatõem ſup incõpaſſibilitate q̃ apparẽt int̃ ꝓuidẽtiã et

## Metrũ tertiũ libri q̃nti.

Quenam diſcors federa rerum
Cauſa reſoluit: quis tanta deus
Veris ſtatuit bella duobus?
Ut que carptim ſingula conſtent
Eadem nolunt mixta iugari.
An nulla eſt diſcordia veris.
Semperq̃ ſibi certa coherẽnt.
Sed mens cecis obruta membris
Nequit oppreſſi luminis igne
Rerum tenues noſcere nexus.
Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas.

liber arbitrium. Et p̃mo querit quare ſint incõpaſſibilia cũ per ſe cõſiderata ſint paſſibilia. Secundo ponit r̃ñſionẽ ad hoc. Tertio ꝯ reſpõſiõez obijcit. Quarto obiectõez ſoluit. Secũda ibi. An nulla Tertia ibi. ſ cur tãto. Q̃rta ibi. aut cũ mẽtẽ. Pmo dic̃. Quenaz diſcors cau/
ſa reſoluit. i. ſepat. federa. i. ꝯcordias rex. ſ. ꝓuidẽtie diuĩe ⁊ liberi arbitrij
ne ꝯpatiant̃ ſe ſimul. aut q̃s de⁹ tãta bella ſtatuit duobus veris: vt ſingula
vera q̃ carptim. i. ſigillatim vel diuiſim accepta. cõſtent. i. ꝑmanẽt eadẽ. tñ
mixta. i. ꝯiũcta nolũt iugari. i. copulari ſeinuicẽ cõpatiẽdo. Tũc ponit re/
ſpõſionẽ: dicẽs q̃ iſtis duob⁹ veris. ſ. ꝓuidẽtie ⁊ libero arbitrio nulla ẽ di/
ſcordia. ſ apparẽtia diſcordie ꝓuenit ex debilitate nr̃i ĩtellect⁹. Uñ dic̃. An
ẽ nota ſolutiõis nulla ẽ diſcordia veris: ſ ſp certa coherẽt ſibi. ſ mens nr̃a
obruta. i. opp̃ſſa mẽbris cecis. i. cecãtib⁹ aĩaz. illa neq̃t igne. i. ſplẽdore op
p̃ſſi lumĩs. ſ. ĩtellect⁹. noſcẽ tenues. i. ſubtiles. nex⁹. i. ꝯiũctões rerũ q̃ videẽ
tur diſcordare. Notãdũ ſi cõſiderem⁹ ꝓuidẽtiã diuinã ꝑ ſe: poſſibile eſt
eã eẽ. ſi cõſiderem⁹ liber arbitriũ ꝑ ſe: etiã poſſibile ẽ eũ eẽ. vt pꝫ ex dictis.
Sꝫ ſi cõſiderem⁹ vtrũq̃ ſil': tũc vident̃ incõpaſſibilia: ſic̃ pꝫ ex rõib⁹ ſupiori
bus. ſm v̾itatẽ aũt bñ ſe ꝯpatiunt̃: ſ nobis nõ apparet. q: ĩtellect⁹ noſter
opp̃ſſus mole corpis nõ p̃t ſe eleuare ĩ hmõi cognitiõem. Nã ſm ſapientẽ.
Corpus qḋ corrumpit̃ aggrauat animaz: ⁊ terrena habitatio opprimit ſen
ſum multa cogitantẽ.

¶ Sꝫ cur tãto flagrat amore. Hic pħia obijcit ꝯ ſolutõem. Si enĩ aĩa igno
ret iſtas ſubtiles ꝯiũctões: vñ eſt q̃ deſiderat eas ſcire: cũ nihil ignotũ poſ

ſit deſiderari. Unde dicit. Sz cur aīa flagrat. i. ardet. tāto amore. i. deſiderio. repire notas tectas. i. notificatiōes latētes. veri. i. veritatis. ſcit ne mēs illud qđ ipa anxia. i. ſollicita appetit noſſe. q. d. non. qꝛ nullꝰ appetit ſcire id qđ ſcit. Et hͦ eū qđ dicit. Quis laborat ſcire nota. q. d. nullꝰ. Oportet igitͬ dicere ꝙ neſciat. et tūc ſequitͬ aliud incōueniēs. ſ. ꝙ aīa deſideret illud qđ quod neſcit. Unde dicit. Si neſcit illud quod petit: quid petit: id eſt deſiderat. mens ceca. i. ignorans? Quis eniꝫ neſcius optet quicq̄ꝫ Quis eñi valeat. i. poſſit ſequi neſcita aut quis neſcīꝰ poſſit noſcere quo inueniat ſup. illud qđ querit? Et quis ignarꝰ: id eſt neſcius. queat: id eſt poſſit noſcē formam repertaꝫ. quaſi di. nullꝰ. Notanduꝫ ꝙ dictuꝫ eſt in re

Scit ne qđ appetit anxia noſſe.
Sed quis nota ſcire laborat.
Et ſi neſcit: quid ceca petit.
Quis eñi quicq̄ꝫ neſcius optet.
Aut quis valeat neſcita ſequi.
Quo ve inueniat. quis repertam
Queat ignarus noſcere formam.
An cum mentē cerneret altam:
Pariter ſummā ⁊ ſingula norat.
Nunc membroꝝ cōdita nube:
Non in totum eſt oblita ſui.
Summāq̄ꝫ tenens ſingula perdens.
Igitur quiſquis vera requirit:
Neutro eſt habitu. nam neq̄ꝫ nouit:
Nec penitus: tamen omnia neſcit.
Sed quā retinens meminit ſummā:
Conſulit. alte viſa retractans.
Ut ſeruatis queat oblitas addere ꝑtes.

ſponſione ꝙ anima ignorat compaſſibilitatem prudentie ⁊ liberi arbitrij: ſed deſiderat eam ſcire. Contra hoc arguit ſic. Nullus appetit ſcire quod ſcit. ſi anima deſiderat ſcire aliquid vel ignorat illud: vel ſcit. Si ſcit. ergo non deſiderat ipſum ſcire. quia nullus appetit ſcire quod ſcit: cum omnis appetitus ſit ratione carentie. Si autē ignorat illud quod deſiderat: quomodo ignotum deſideratur: cum voluntas non querat incognituꝫ. ideo ſi ignorat nunq̄ꝫ cognoſcet. Quis enim ignotum inueniet? Si enim paterfamilias quereret ſeruum fugitiuū quem ignoraret: poſſet ſibi multotiēs occurrere ꝙ ipm nō inueniret: ſicut dicit Linconiēſis ſup ꝓ Poſterioꝝ.
¶ An cum mentē cerneret altā. Hic ſoluit obiectōem. Ubi notādū ꝙ Plato poſuit aīas in celo eſſe creatas ⁊ hr̄e cognitiōem oīm ꝑfectā. ſꝫ ꝑ lapſum ad corpora eam obliuiſci cognitionem rerum in particulari ⁊ retineri eam

in vniuerſali: ⁊ poſtea ꝑ exercitiū recuperare cognitōez rerū in ꝑticulari. Un dicit ſic. An eſt nota ſolutōis cū aīa cerneret.i.ſpecularet̃ .altā mētez.i. ꝓfundā mentē dei. ipa ꝑiter.i.ſil̃.norat.i.nouerat ſūmā.i.vniuerſalē cognitōem. ⁊ ſingula.i.ſingularē cognitōez rerū. ꝫ nūc ipa condita.i.tecta nube mēbroꝝ: nō eſt oblita ſui ī totū.i.total̃r. ꝫ ipa tenet ſummā.i.cognitōe vniuerſalē rerū: ꝑdens ſingula.i.ſingularē cognitōez Igit̃ qſqs reqrit.i.inueſtigat coḡſcere verā: talis ē neutro habitu ſup.vt perfecte coḡſcat vel ꝙ omino ignoret. Uñ dicit. Nā neq; nouit.ſ.in ſpeciali ⁊ ꝑfecte illō qᵒ qrit: nec penit⁹ neſcit oīa. ꝫ ipſe meminit.i.ī memoria habz. ſūmā.i.vniuerſalē cognitōem.quā retinens cōſulit ſup.actuali cōſideratōe: retractās.i.reuocās ꝑ ſtudiū.alte.i.ſubtiliter.viſa.i.pri⁹ in ſpeciali cognita: vt ipe queat addere oblitas ꝑtes ꝑtib⁹ ſup.ſeruatis in memoria. Notandū ꝙ ſm iſtā viam Platonis ſolueret̃ ratio prius tacta.vel aīa ſcit qᵒ deſiderat: vel neſcit. Dico ꝙ neſcit in ſpeciali ⁊ in ꝓpria forma: ꝫ ſcit ī vniuerſali. Et cū dr̄: null⁹ deſiderat notū.verū eſt ſicut eſt notū in vniuerſali: tñ deſiderat ipm vt eſt ignotū in ſpeciali. Et cuz dr̄: ſi ignoret nunꝗ̄ īueniet. ⁊ verū eſt ſi ignorat tam in generali ꝙ̄ in ſpeciali. Et ſi ignorat in potentia ⁊ in actu: ſi tñ ſcit ī potētia ⁊ in vniuerſali ⁊ ignorat actu ⁊ in ꝓpria forma: pōt ipm īuenire ⁊ addiſcere.

## Proſa quarta libri quinti.

t Um illa. Uet⁹ inqt hec eſt de ꝓuidētia q̃rela a Marcoq; tullio: cū diuinatiōem diſtribuit: vehemēter agitata. tibiq; ipſi res diu ꝓrſus multūq; q̃ſita. Sz haud ꝙ̄ꝙ̄ ab vllo veſtrū hacten⁹ ſatis diligēter ac firmiter expedita. Cui⁹ caliginis cauſa eſt ꝙ humane ratiocinatōīs motus ad diuine ꝑſcientie ſimplicitatez non poteſt admoueri. Que ſi vllo modo cogitari queat: nihil prorſus relinquet̃ ambigui. Qđ ita demuz patefacere atq; expedire temptabo ſi prius ea quibus moueris expendero.

Um illa.vet⁹ inqt. Hec eſt quarta ꝓſa hui⁹ q̇nti: in qua ph̄ia incipit diſſoluere q̃ſtionē de cōpaſſibilitate ꝓuidētie ⁊ liberi arbitrij. Et primo tangit difficultatē hui⁹ queſtiōis ⁊ cauſaz difficultatis: ⁊ tāgit modū ꝓcedendi circa eius ſolutōem. Secūdo diſſoluit eam: ibi. Quero em̄. Primo dicit. Hec querela.i.queſtio hec de ꝓuidētia eſt vetus ⁊ eſt vehemēter agitata.i.ꝑtractata.a Marco tullio. cū diſtribuit.i.diuidit.diuinatōem.i.in libro diuinationū: vbi diuidit diuinatōem in ſuas ſpecies.nō ſoluz hoc ꝫ tibi ipi eſt res multū diu queſita. Sed haud ꝙ̄ꝙ̄.i.nō alicubi: ab vllo veſtrū ſatis diligēnter ⁊ firmiter expedita. cui⁹ caliginis.i.difficultatis cauſa

eſt. ꝙ motus. i. actus hũane rõnis. nõ põt admoueri. i. applicari ad ſimplicitatẽ diuīe ꝓuidẽtie. q̃ ſi vllo mõ q̄at cogitari nihil relinq̄t̄ ꝑſus ãbigui qḋ. ſ. rõnez ⁊ cauſam difficultatis. ita demũ patefacere ⁊ expedire tẽptabo ſi prius expẽdero. i. declarauero. ea quibus tu moueris. Notandũ ꝙ qḋ de ꝓuidẽtia diuīa ⁊ libero arbitrio ē oĩm qõnũ difficillima. de q̄ mlti antiquoꝝ dubitabant. ⁊ nonnulli modernoꝝ ꝓpt̄ eiꝰ difficultatez lapſi ſũt. quã tullius in li. diuinationũ ꝯtractans: ⁊ nõ valēs diſſoluē eiꝰ difficultatē negans penitꝰ ꝓuidentiam ⁊ ꝑſciẽtiã futuroꝝ a deo in ꝑdicto libro diuinationum.

Quero enī cur illã ſoluẽtiũ rõnez minꝰ efficacē putes: que qꝛ ꝑſciẽtiã nõ eſſe futuris rebus cauſam neceſſitatis exiſtimat nihil impediri ꝑſcientia arbitrij libertatē putat. Num. n. tu aliũ de argumentũ futurorum neceſſitatis trahis: niſi ꝙ ea que preſciunt̄ non euenire nõ pñt. Si igitur ꝑnotio nullã futuris rebus adijcit neceſſitatē (qḋ tu etiã pauloante fatebare) quid eſt ꝙ voluntarij exitus rerũ ad certũ cogant̄ euentũ. Etenim poſitionis gratia vt quid cõſequatur

¶ Quero enī. Hic pħia accedit ad ſolutõez qõnis. Et p̄rio diſcutit motiua boetij. ſcḋo ſoluit dubitationē ſiue qõnē. ibi. Nã igit̄. Circa primũ ſciēdũ ꝙ duo fuerũt motiua boetij principalia circa hãc qõnē. Primũ: qꝛ vī neceſſariũ ſi deus preuidet futura ꝙ neceſſario eueniãt. Scḋm motiuũ: ꝙ futura quoꝝ euẽtus ē incertꝰ ſicē ſunt futura cõtingentia: nõ pñt a deo certa ꝓuideri. Prīo ergo ꝯtractat primũ motiuũ. ſcḋo ſcḋm. ibi. Sꝫ h̃ inq̄s. Primo oſtēdit ꝙ ſi deꝰ ꝓuidet futura: nõ ꝓpter hoc neceſſario eueniũt. Scḋo mouet dubitatõez. ibi. Sꝫ q̃ fieri põt. Prīo oñdit ꝙ ex pñtia dei non īfertur neceſſitas libero arbitrio. Scḋo oñdit ꝙ ꝑſciētia dei nõ ſit ſignũ neceſſitatis futuroꝝ. ibi. Sꝫ ꝑſciētia. Circa primũ ſciēdũ. quaꝫ pħꝰ improbauit quãdã rñſionē: qua quidã nitebant̄ impedire rõnē oñdentē non eē liberuꝫ arbitriũ ꝓpter ꝑſcientiã diuinã. quã rñſionē hic reſumit oñdens eã aliquo mõ eē bonã: qꝛ ſufficiēter īpedit intentõem aduerſarij. Nã aduerſarius ex nullo alio probat neceſſitatē futurorũ: niſi quia ſunt preſcita a deo. cũ igit̄ ex rñſione habeat̄ ꝙ ꝑſciẽtia nullaꝫ cauſalitatē hꝫ ſup̱ futura. videtur ſufficienter oñſum eſſe ꝙ ea que procedũt ex libero arbitrio nõ ſũt neceſſaria. Prīo ergo ponit iſtã rñſionē reſumẽdo eius ſolutõem dicẽs. Quero eniꝫ cur iſtã rõnē ſoluẽtiũ putes minus eē efficacē: que putat libertatē arbitrij nõ īpediri a ꝑſciẽtia. qꝛ exiſtimat preſciẽtiã nõ eē cãm neceſſitatis futuroꝝ. Qḋ aũt ꝑ iſtã rñſionē īpediat̄ illatio neceſſitatis futuroꝝ pꝫ ex h̃. qꝛ tu nõ trahis aliunde argumẽtum neceſſitatis futuroꝝ: niſi ꝙ ea q̃ ꝑſciũtur non poſſunt nõ euenire. Si igitur prenotio. i. preſciẽtia futuroꝝ. nullaꝫ adijcit

.i.imponit neceſſitatẽ reb⁹ futuris: vt dicit rñſio. ⁊ tu etiã fatebare paulo ante. q̃d ẽ. i. q̃d eẽ poterit. ꝙ volũtarij exitus cogant ad certũ euentũ. ⁊ ita ꝑ iſtã rñſionẽ excludit neceſſitas futuroꝝ. ⁊ mãifeſtat ſe in exẽplo dicens. Ut aduertas q̃d ↄſequat grã poſitõis. i. exẽpli ſtatuam⁹. i. ponam⁹ ꝑ ĩpoſſibile nullã eẽ p̃ſcientiã futuroꝝ. igit̃ h̃ poſito q̃tũ ad h̃. i. in q̃tũ ad iſtam illatõem. qua ex preſciẽtia ĉocludit̃ neceſſitas futurorũ. ea q̃ inueniunt ex arbitrio cogũt̃ ne ad neceſſitatẽ. dic̃ boecius. Minime. ⁊ phia. ſtatuamus iteꝝ eẽ ꝓuidentiã: ſ; nihil neceſſitat̃ iniũgere reb⁹ futuris. mãebit vt opinioꝛ eadẽ lib̃tas volũtatis integra et abſoluta ab omni neceſſitate. Notandũ ꝙ prioꝛ ſolutio ĩpꝛobata fuit bona et mala. in h̃ fuit bona: quia poſuit p̃ſcientiã nõ eẽ cãm neceſſitat̃ futuroꝝ. Dixit. n. Jõ futura eueniunt: nõ q2 de⁹ ea ꝓuidet. ſ; in h̃ fuit mala: q2 poſuit futura eẽ cãm p̃ſciẽ dei. Dixit eñi q2 futura ſũt iõ deus ea ꝓuidet. p3 ḡ ex rñſiõe antiquoꝝ ꝙ p̃ſciã non eſt cauſa neceſſitatis rebus futuris.

aduertas. ſtatuam⁹ nullã eẽ p̃ſcientiã. Nũ igit̃ (q̃tũ adhoc attinet) q̃ ex arbitrio eueniunt ad neceſſitatẽ cogunt̃. B. Minime. P. Statuam⁹ iteꝝ eẽ: ſ; nihil reb⁹ neceſſitatis iniungere. manebit vt opinoꝛ eadem voluntatis integra atq; abſoluta libertas. Sed preſcientia inquies tametſi futuris eueniendi neceſſitas non eſt ſignum tamẽ eſt neceſſario ea eẽ ventura. hoc igitur modo etiam ſi precognitio nõ fuiſſet neceſſarios futuroꝛũ exitus eſſe conſtaret. Omne etenim ſignum tñ quid ſit oſtendit: nõ vero efficit qđ deſignat. Quare demõſtrãdũ prius ẽ nõnihil ex neceſſitate ↄtingere: vt prenotõe; ſignũ eẽ hui⁹ neceſſitatis appareat. alioq̃n ſi hec nulla ẽ: nec illa quidem eius rei ſignum poterit eſſe que non eſt.

¶ S; p̃ſciã inquies. Hic oñdit phia ꝙ p̃ſciã diuina nõ ſit ſignũ neceſſitat̃ reb⁹ futuris. Scđo oñdit ꝙ mod⁹ ꝓbãdi ex ſigno nõ ẽ efficax. ibi. Jã; vo. Prĩo dic̃. Tu inq̃es. i. dicẽ poteris. etſi ꝓ q̃uis. p̃ſciã nõ ẽ nccĩtas eueniẽdi reb⁹ futuris. tñ ẽ ſignũ ea nccĩo eẽ vẽtura. ⁊ ita ex p̃ſciã p̃t ĩferri nccĩtas futuroꝝ tãq̃; ex ſigno. Hoc igit̃ mõ ponẽdo p̃ſcia; eẽ ſignũ nccĩtat̃ futurorũ. ↄſtaret exit⁹. i. euẽtus futuroꝝ eẽ nccĩos. etiãſi nõ fuiſſet p̃cognitio. qđ ꝓbat ex nã ſigni dicẽs. Oẽ nãq; ſignũ tñ oñdit q̃d ſit. i. mãifeſtat illđ cui⁹ ẽ ſignũ. ſ; nõ efficit qđ deſignat. q̃re vt p̃notõe;. i. ꝓuidẽtiã appeat eẽ ſignũ nccĩtat̃ futuroꝝ, demõſtrãdũ erat p̃us nihil ↄtingere nõ ex nccĩtate. i. oĩa

euenire neceſſario. alioquin ſi hec neceſſitas futuroꝝ nulla ē. nec illa pſcia poterit eſſe ſignū ei⁹ rei q̄ nō ē. ⁊ ita nō valet arguere neceſſitatē futuroꝝ ex pſciē-tia tanq̄ ex ſigno. Notādū q̄ ſignū nō eſt cā ei⁹ cui⁹ ē ſignū: ſ; tm̄ mani-feſtat ſignatū eē. vt circulus nō ē cā venditōis vini: ſ; tm̄ ē ſignū venditōis Si ergo pſciētia eēt ſignū neceſſitatis futuroꝝ: pſuppoueret futura eē ne-ceſſaria. et ſic ad oſtēdēdum pſciam eē ſi-gnū neceſſitatis futuroꝝ: opteret prius oſtēdē futura neceſſario eē futu-ra: anteq̄ pſcia eēt ſignū ne-ceſſitatis fu-turoꝝ. alias p-ſcia eēt ſignū alicuius rei q̄ nō ē. qđ ē ab-ſurdum.

Jam vo ꝓbatōez firma rōne ſubnixā ꝯſtat nō ex ſignis neq̄ petitis extrinſecus argu mētis. ſ; ex ꝯuenientib⁹ neceſſariiſq̄ cauſis eē ducendā. Sz q̄ fieri pōt vt ea nō ꝓueni ant q̄ futura eē ꝓuidenṫ. Quaſi vo nos ea que prouidētia futura eē pnoſcit: nō euētu ra credam⁹ Ac nō illō potius arbitremur lz eueniant: nihil tn̄ vt euenirent ſui natu-ra neceſſitatis habuiſſe. quod hinc facile p pendas licebit. Plura .n. dum fiunt ſub-iecta oculis ītuemur. vt ea que in quadri-gis moderandis atq̄ flectendis facere ſpe ctantur aurige. atq̄ ad hunc modum et

¶ Jā vo. Hic oſtēdit modū ꝓbandi ex ſi-gno nō eē effi cacē. ⁊ dicit.

Conſtat. i. manifeſtū eſt. rōnem ſubnixam. i. firmatā demonſtratōe. eam nō eſſe dicēdā ex ſignis neq̄ ex argumētis extrinſecus petitis. i. acceptis. ſed firma ratio ducenda eſt ex conuenientibus. i. ex ꝓpriis ⁊ neceſſariis cauſis. Cum ergo predicta ratio proceſſerit ex ſigno: non eſt efficax ⁊ demonſtrati ua: cum ſit a poſteriori. demōſtratio aūt que eſt potiſſima probationū ipſa ē a priori: cū ſit ex cauſis p ſe īmediatis pōrib⁹ ⁊ notiorib⁹. ⁊ ꝓptāto etiā de mōſtratio ē ſyllogiſmus faciēs ſcire efficax ad ꝓbandū ex pmo poſterioꝝ. ¶ Sed qui fieri pōt. Hic pha mouet quādā dubitationē ⁊ ſoluit eā. vī eī ex dictis ſeq̄ q̄ aliq̄ pñt pſciri q̄ tn̄ non neceſſario eueniūt ſi aūt nō neceſſario eue-niunt: poſſunt non euenire. ⁊ ſic ſequitur q̄ aliquod preſcitum a deo non eueniat. Primo ergo philoſophia dubitando de hoc querit: dicens. Ex-quo ita eſt q̄ ea que ſunt preſcita non ſunt neceſſaria. ſ; poſſunt non eueni re. qui id eſt quō fieri poteſt. vt ea que prouidentur futura eē non ꝓueniāt Tunc ſoluit dubitationem dicens. q̄ non negatur q̄ preſcita non eueniāt immo oportet dicere q̄ preſcita eueniant. ſed tn̄ non eueniunt de neceſſi-tate. vnde dicit quaſi vero. q̄ſi diceret Iſta dubitatio ꝓcedit quaſi non cre damus ea. que ꝓuidētia pnoſcit nō eſſe euētura. ſ; hoc nō ē vez: ſ; poti⁹ ar bitremur illō. ſ. q̄ lz futura eueniāt: nihil tn̄ neceſſitatis habuiſſe in ſui nā vt euenirent. ⁊ manifeſtat in exēplo quō aliquid certe cōprehendit quod tn̄

nō eſt neceſſariū dicēs. ꝙ aliquid cognitū eueniat ⁊ tñ nō neceſſario. lice-
bit ꝙ tu h̄ ꝓpēdas hinc. i. ex tali exēplo. intuemur em̄ plura exēpla oculis
dū fiūt. i. dū ſūt ī fieri. ſicut ea q̄ ſpectant̄. i. vident̄ aurige facere ī moderā-
dis ⁊ flectēdis q̄drigis ⁊c̄. Videm⁹ ad hūc modū vt que fiūt in alijs actib⁹
voluntarijs. nūquid vlla neceſſitas ꝯpellit aliqđ illoꝝ ita fieri ſicut oculis
vī. dic̄ boeti⁹

cetera. Nū igit̄ quicq̄ȝ illoꝝ ita fieri neceſſi
taſ vlla cōpellit. B. Mime. P. Fruſtra ei
eēt artis effect⁹: ſi oīa coacta mouerentur.
Que igit̄ cū fiūt carent exiſtēdi neceſſitate
eadē priuſq̄ȝ fiāt ſine neceſſitate futura ſūt.
Quare ſūt q̄dā euētura quoꝝ exit⁹ ab oī
neceſſitate abſolut⁹ ſit. Nā illđ quidē nul-
lū arbitror eē dicturū. ꝙ q̄ nūc fiūt: priuſq̄ȝ
fierent euentura non fuerint. Hec etiaȝ igi
tur precognita liberos habent euentus.
Nam ſicut ſciētia preſentiū rerū nihil his
que fiunt: ita preſcientia futuroꝝ nihil his
que ventura ſunt neceſſitatis īportat. Sed
hoc inquis ipſum dubitatur: an earū rerū
que neceſſarios exitus non habēt vlla poſ
ſit eſſe prenotio. diſſonare etenīȝ videntur

Mime. ⁊ aſſi-
gnat rōnem.
Fruſtra enim
eēt effect⁹ ar-
tis ſi oīa mo-
uerent̄ coacta
⁊ fruſtra eſſet
ars flectendi
q̄drigā ſi ne-
ceſſario flecte
retur. igit̄ illa
q̄ cū fiūt carēt
neceſſitate exi
ſtendi. eadem
ſc̄ futura ſine
ceſſitate priuſ
q̄ȝ fiāt. Ex q̄ cō
cludit ꝙ q̄dā
ſūt euētura q̄
rū exit⁹. i. euē
tus ſit abſolu
tus ab oī ne-
ceſſitate. ⁊ for
ſan aliquis di
ceret ea q̄ nūc
fiunt nō erant futura anq̄ȝ eēnt. h̄ excludit dicēs. Nullū arbitrū eē dicturū
ꝙ q̄ nūc fiunt euētura nō fuerūt. hoc enī eē nimis irrationabile. idō neceſſa-
rio cōcludit̄. ꝙ hec etiā p̄cognita hñt euētus liberos qꝛ ſſic̄ ſciā pn̄tiū nihil
īportat neceſſitatis his reb⁹ q̄ fiunt in pn̄ti. ſicut pȝ in exēplo predicto de
regimīe quadrigie. Ita pn̄tia futuroꝝ nihil importat neceſſitatis his q̄ vē
tura ſunt. Notādū ꝙ futura in cōparatione ad diuinā prouidētiam ſint ne
ceſſaria neceſſitate ꝯditōata. nō tñ oīa ſunt neceſſaria neceſſitate abſoluta.
Multa. n. hīc eueniūt ſicut ea que fiūt ab arte et a voluntate. vt regimē q̄-
drigaꝝ. Si enī regimē quadrigaꝝ neceſſario eueniret: fruſtra eēt ars regē
di quadrigaꝝ. Notādum ꝙ ſicut res actu fiunt. ita erunt future. ſ; quedā
actu libere fiunt. ergo erant libere future. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō oīa ſūt neceſſario fu-
tura: lȝ neceſſitate cōditionata inquātū cōparant̄ ad ꝓuidētiā diuinā. nō tñ
in ſui natura conſiderata neceſſario eueniūt neceſſitate abſoluta. ſicut po-
ſtea videbit̄ vbi diſtinguet duplicē neceſſitatē: ꝯditionatā ⁊ abſolutā.
¶ Sȝ h̄ inq̄s. Hic ph̄ia diſcutit motiuū boetij. vtꝝ futura īcerta ſic̄ ſc̄ ꝯtigē

tia poſſint certe p̄ſciri Et p̄rio mouet dubitationē de h̄. ⁊ tāgit rōnē dubitationis. ſcḋo aſſignat cām erroris. ibi. Cui⁹ erroris cā ē. Dicit ꝑ. Sȝ in inquis o boeci hoc ip̄m dubitat̄. an poſſit eē vlla p̄nocio. i. p̄ſciētia illaꝝ reꝝ. que nō hn̄t neceſſarios exit⁹. i. euētus. hoc eni nullo mō vī poſſibile. Cum eni videnṫ hec diſſonare ſcȝ preſciētia ⁊ ꝯtingētia Tu eni putas ſi p̄uideātur contigentia neceſſitatem ipſa ꝯſeq̄. ⁊ ſi neceſſitas deſit minime ea p̄ſcii. ⁊ putas nil poſſe cōprehēdi preſciētia diuina niſi certū. Et ſi ea que ſunt icerti exit⁹. i. euentus ſic cōtingētia. n̄ ꝓuidentur illa quaſi certa. tu putas illḋ eē caliginem opinionis nō

**putaſq; ſi p̄uideantur ꝯſeq̄ neceſſitatē. ſi neceſſitas deſit. minime p̄ſciri. nihilq; p̄ſcia cōprehēdi poſſe niſi certū. Qḋ ſi que icerti ſūt exit⁹ ea q̄ſi certa ꝓuidentur. opinionis adeſſe caliginem nō ſcientie veritatē. Aliter eni ac ſeſe res hēat arbitrari ab integritate ſcientie credis eē diuerſum. Cuius erroris cauſa eſt. ꝙ oīa que quiſq; nouit: ex ipſoꝝ tm̄ vi atq; natura cognoſci eſtiat que ſciuntur qḋ totū cōtra eſt. Omne eni qḋ cognoſcitur: non ſm ſui vim: ſed ſm cognoſcentium potius cōprehenditur facultatem.**

veritatem ſciētie. ⁊ in hoc tu deciperis. cuius deceptōis cā eſt error tuus circa iudiciū cognitionis. Credis eni diuerſū eſſe ab integritate ſciētie. aliter arbitrari rem q̄ȝ ſeſe hēat. ⁊ ī hoc erras. Notādū ꝙ q̄ꝛ nos nō poſſum⁹ futura ꝯtingētia certe precognoſcere: putam⁹ ſilr deum hoc non poſſe. res enim eodē modo ſe habens diuerſimode a diuerſis poteſt cognoſci. vnde cognoſcere rem aliter q̄ȝ ſe habet ex parte rei cognite non eſt ſcientia. ſed cognoſcere rē aliter q̄ȝ ſe habeat ex p̄te cognoſcentis bn̄ ē ſciētia. ⁊ ſic futura ꝯtingentia licet in ſe ſint icerta: p̄nt tm̄ p̄ſciri a deo ſine errore falſitatis. ¶ Cui⁹ erroris cā ē. Hic aſſignat cām erroris. Ubi notādū ꝙ cā erroris q̄re putamus futura incerta non poſſe certe preſciri. q̄ꝛ putat̄ ꝙ facultas cognitionis ſit ſm facultatē rei cognite: ⁊ non ipſius cognoſcentis. quod eſt falſum. P̄rio ergo premittit huiuſmodi cauſam erroris. Scḋo improbat ipſam ibi. Nā vt hoc breui. dicit p̄rio. Cuius erroris cā eſt q̄ꝛ exiſtimat̄ ꝙ oīa que quiſq; nouit illa cognoſci tm̄ ex vi ⁊ natura ipſorū q̄ ſciunt̄. ⁊ non ex vi cognoſcentis. qḋ totū eſt ꝯ. i. ꝑ ꝯtriū quia res magis cognoſcunt̄ ſm naturā cognoſcētis. Omne eni qḋ cognoſcit̄ nō cōprehēdit̄ ſm ſui vim. i. ſm modū ſue nature. ſ; potius ſm facultatē cognoſcentis. Notandū ꝙ ſi cognitio eēt ſm facultatē rei cognite tunc res ab oībus eodē mō cognoſceret̄. ⁊ ſic aliq̄d ꝯprehēderet̄ eodē mō ab ītellectu hūano ⁊ diuino. quod falſum eſt. quia que ſunt incerta ꝯp̄rehēſiōe hūana: ſūt certa ꝯp̄rehēſione diuina. cognitio ḡ poti⁹ attēdit̄ ſm facultatē potētie cogſcētis. ita ꝙ quāto

potētia est efficatior ⁊ certior: tanto certius ⁊ limpidius rem cōprehēdit
¶ Nam vt hoc breui exēplo liqueat. Hic pbat q facultas cognitōis ē ſm
facultatē potētie cogſcētis ⁊ nō rei cognite. Primo declarat h̄ exēplis. Se-
cūdo pbat h̄ idē p rōnē. ibi. Neq id iniuria. Prima in duas ſm duo exēpla
Scōm ibi. Ipm qz. Primo dicit q cognitio ſit ſm facultatē cognoſcētis li-
qat breui exē-
plo Nā viſus
alit agnoſcit
eandē corpis
rotunditatē
⁊ aliter tact⁹.
Ille emī viſus
manens emi-
nus. i. a lōgi-
quo. intuetur
totuz corpus
ſiml' iactis ra-
dijs viſualib⁹
hic vo ſupple
tactus cohe-
rens ⁊ coniū-
ctus orbi id ē
rotūditati. et
mot⁹ circa ip-
ſum ambituz
. i. circa corp⁹
rotundū. com
phēdit. ſ. eius
rotunditatez
ptibus. i. p p-
tes. Notan-

Nā vt hoc breui liqat exēplo: eandē cor-
poris rotūditatē aliter viſus aliter tactus
agnoſcit. Ille eminus manēs: totū ſil iac-
ctis radijs intuet. hic vo coherēs orbi atqz
cōiunctus circa ipſū motus ambitū: rotū-
ditatem partibus cōprehendit. Ipſuz qq
hoīem alit ſenſus: aliter imaginatio: ali
ter ratio: aliter intelligētia cōtuetur. Sen-
ſus enim figurā in ſubiecta materia ꝯſtitu
tā. Imaginatio vo ſolā ſine materia iudi-
cat figurā. Rō vo hāc qz trāſcēdit: ſpeciē
q ipſam que ſingularibus ineſt vniuerſali
conſideratione perpēdit. Intelligentie vo
celſior oculus exiſtit. ſupergreſſa namq
vniuerſitatis ambitum: ipſam illaz ſimpli
cem formam pura mentis acie contuetur.

dū q innuit duplicē differentiā inter moduz cognoſcendi viſus ⁊ tactus.
Prīa ē q viſus a remotis exiſtens cognoſcit aliqd corpus rotundū. Ta-
ctus aūt non cognoſcit ipm niſi cōiunct⁹. Scda differentia ē. q viſus to-
tū corpus ſil' cōprehēdit: tactus aūt p ptes. Talis aūt diuerſitas ī cogno-
ſcendo nō eēt ſi res cognoſceretur ex ſui natura. cū eadē res maneat ī vtra-
q cognitione. Notādū. quidā dixerunt viſionē fieri p emiſſionē radiorū
viſualiū ab oculis vſq ad rem viſam. Sz hec opinio eſt ꝯ areſto. viſio eñ
non fit extra mittēdo: ſz intus ſuſcipiēdo. patiēte. n. aliq ſenſitiuo fit ipm
videre: ſcdo de anima. Hic autem loquitur opinione antiquorum. cū dicit
q viſus totū corp⁹ intuetur iactis radijs.
¶ Ipm qz hoīem. Hic pōit ſecūdū exēplū in virtutib⁹ cognoſcitiuis ſbor-
dinatis. Scdo oñdit quō iſte virtutes ſe hēant adinuicem. ibi. In q illud
Primo ergo declarat quō idē a diuerſis potētijs diuerſimode cōprehēditur
dicēs. Senſus exterior aliter ꝯtuet ipm hoīem. aliter imaginatio. alit rō.
aliter itelligētia diuina. Sēſus. n. exterior ſic viſus iudicat figurā hoīs in

 

ſubiecta materia. i. in ſenſibili materia. ſ imaginatio ſolam figurã iudicat .i. diſcernit ſine materia. i. in abſentia rei materialis. Rõ vero hanc imaginationẽ tranſcendit. ⁊ ipſam ſpeciẽ. i. naturã ſpecificã hoĩs que ſingularibus ineſt. ꝑpendit. i. diſcernit vniuerſali ↄſideratõe. ocul⁹ vo. i. ↄſideratio intelligẽtie eſt celſior. qꝛ intelligẽtia diuina ſuggreſſa ãbitũ vniuerſitatis q̃ exiſtit ĩ ſingularib⁹ : illã ſimplicez formam. ſ. ydeaz hoĩs q̃ ẽ ĩ mẽte diuina. contuetur pura acie. i. ſpeculatione mentis. Notandũ ꝙ primũ exẽplũ fuit de virtutib⁹ cognoſcitiuis nõ ſb ordinatis. ſicᷓ de viſu ⁊ tactu. Iſtud aũt exemplũ ẽ de virtutib⁹ ſubordinatis. q̃ ſunt quatuor. ſ. ſenſus exterior que ineſt omnibus aĩalibus. imaginatio que tm̃ ineſt animalibus ꝑfectis ſcḋ q̃ tm̃ ẽ in hoĩbus. ⁊ ĩtelligẽtia ꝑ quã intelligit diuinã cognitõez. Iſte virtutes hñt diuerſũ modũ cognoſcẽdi eandem rem. ſ. hoĩem. vt declarat in littera. qḋ nõ eẽt niſi cognitio fieret ſm facultatẽ virtutũ cognoſcentiũ ⁊ non rei cognite.

**In quo illud maxĩe ↄſiderãdum eſt. Naz ſupiorvis cõprehẽdẽdi amplectitur ĩferiorem: Inferior vo ad ſupiorez nullo mõ cõſurgit neqꝫ enĩ ſenſus aliquid extra materiam valet: vel vniuerſales ſpecies imaginatio contuetur: vel ratio capit ſimplicem formam. ſed intelligentia quaſi deſup ſpectans concepta forma que ſubſunt cuncta dijudicat. ſed eo modo quo formaz ipſam que nulli alij nota eſſe poterat: comprehẽdit. Nam ⁊ rõnis vniuerſum: ⁊ imaginationis figuram. ⁊ materiale ſenſibile cognoſcit. Nec ratione vtens: nec imaginatione nec ſenſibus. ſed illo vno ictu mentis formaliter (vt ita dicam) cuncta proſpiciens.**

¶ In quo illud maxĩe. Hic oñdit phia quõ p̃dicte virtutes cognoſcitiue ſe habẽt adinuicẽ. oñdẽs ꝙ q̃cquid põt virt⁹ inferior. põt etiã ⁊ ſupior ⁊ amplius. Et prĩo hoc oñdit de ĩtelligẽtia reſpectu aliaꝝ virtutũ. Scḋo oñdit idem de rõne. ſecũda ibi. Rõ q̃z. Prĩo dicit. In quo. i. in ordine iſtarũ virtutum. illḋ eſt maxime conſiderandum. ꝙ vis ↄprehẽdendi ſupior amplectitur in ſe inferiorem. quia virtus ſuperior cognoſcit omne illud quod inferior. Inferior autem non conſurgit ad ſupiorẽ. ita vt apprehendat illud qḋ ſupior. qḋ manifeſtat in exemplo dicẽs. Neqꝫ enĩ ſenſus aliquid valet apprehendere extra materiam ⁊ imaginatio contuetur ſpecies vniuerſales. i. minus particulares. ſed ratio capit ſimplicem id eſt vniuerſalem formam. Intelligentia autem diuina quaſi deſuper ſpectans. cũ ſit in ſupremo gradu cognitionis ipſa concepta forma ydeali, dijudicat etiam cun-

cta que ſubſūt illi forme. vt cognoſcēdo ydeā hoīs cognoſcit oīa q̄ ſunt in hoīe. ſ; eodē mō ꝯprehēdit ipam formā q̄ nulli īferiori virtuti nota eē poterit. nā ipſa cognoſcit vniuerſū. i. vniuerſalē formā rōnis ⁊ figurā imaginatōis. ⁊ materiale ſenſibile. quod ſpectat ad ſenſum exteriorē: nō vtēs ratione: nec imaginatōe: nec ſenſibus: ſ; ꝑſpiciēs cuncta vno ictu mentis. i. abſq; decurſu cognoſcit. qd nō fac̄ ratio. Notandū ꝙ q2 virtus ſupior virtutē includit īferiorē. ſicut tetragonū includit trigonū. vtiq; ſecundo de aīa. tō quicq̄d pt virtus īferior: pōt et ſuperior ⁊ magis. q2 modo magis vniuerſali cōprehēdit qō inferior nō magis ꝑticulari. licet nō ecōuerſo. tō q̄ pt ītelligētia hūana ꝯprehēdē: pt ⁊ diuīa ītelligētia. l; nō ecōuerſo

Rō q2 cū q̄d vniuerſale reſpicit: nec imaginatōe nec ſenſibꝰ vtens: imaginabilia vel ſenſibilia ꝯprehēdit. Hec ē eni q̄ ꝯceptōis ſue vniuerſale ita dēfinit. hō eſt aīal bipes rōnale. q̄ cū vniuerſalis notio ſit: cū imaginabilē ſenſibilemq; eē rem nullus ignorat ꝙ illa non imaginatōe vel ſenſu: ſed rōnali cōceptōe conſiderat. Imaginatio quoq; tametſi ex ſenſibus viſendi formandiq; figuras ſūpſit exordiū. ſenſu tñ abſente ſenſibilia queq; colluſtrat. nō ſenſibili ſ; imaginaria ratione iudicandi. Videſne igitur vt in cognoſcendo cūcta ſua potius facultate q̄ eoꝝ que cognoſcuntur vtantur:

¶ Rō quoq; cū q̄d vniuerſale reſpicit. Hic oñdit idē de rōe. ꝙ ſic ītelligentia cōprehēdit alias tres virtutes īferiores: ſic rō etiā ꝯphēdit ſub ſe alias duas virtutes. ſ. imaginationē ⁊ ſenſū dicens. ꝙ cū ratio reſpicit id eſt cognoſcit quid vniuerſale. non vtens imaginatione nec ſenſibus. ⁊ comprehendit imaginabilia ⁊ ſenſibilia vniuerſali cōprehēſiōe. hec enim eſt ratio que ita definit vniuerſale ſue conceptōis. hō eſt animal bipes ratiōale. que diffinitio cum ſit vniuerſalis notio. i. notificatio tunc nullus etiā ignorat rem eē imaginabilē ⁊ ſenſibilem: que hac diffinitōe explicatur. Illa rō conſiderat vniuerſale non vtens imaginatione vel ſenſu: ſed rationali ꝯceptōne. Tunc oſtendit ꝙ ſicut ratio comprehendit imaginationē ⁊ ſenſum: ſic imaginatio ſenſū comprehēdit: dicēs. imaginatōem quoq; tametſi ꝓ q̄nis ſumpſit exordiū ex ſenſibus viſendi ⁊ formādi figuras. tñ abſente ſenſu exteriori. imaginatio colluſtrat. i. ꝯgnoſcit q̄q; ſenſibilia nō ſenſibili: ſ; imaginaria rōne iudicādi. ⁊ tūc cōcludit dicēs. Videſne igit̄ q̄uo cūcta potiꝰ vtant̄ ſua. i. ꝓpria facultate in cognoſcendo. q̄ facultate eoꝝ q̄ cogſcunt̄.

Notādū ꝙ l; rō in ꝯprehēdēdo ſuū vle nō vtat̄ imaginatōe ⁊ ſenſu: tñ in actu ſuo ꝑſupponit imaginatōez ⁊ ſenſū. q2 nihil ē ī ītellectu niſi fuerit in

ſenſu. Silr lȝ imaginatio ī ſua opatõe nõ vtat' ſenſu: tñ preſupponit ſenſũ fuiſſe in actu. qꝛ fantaſia quã h̄ vocat imaginationē: ē mot⁹ factus a ſenſu ſm actũ. ex. ij. de aĩa. ¶ Neq; id iniuria. Hic ꝯfirmat dictũ ſuũ ꝑ rõnē dicēs. Illud. ſ. res cognoſcit' nõ ſm ſui nãm: ꝟ ſm nãm cognoſcētis: i ltõ nõ ꝯtigit iniuria. i. irrõnabilr. Nã cũ oē iudiciũ cognitõis ſit act⁹ ⁊ opatio iudicãtis. i. potentie cognoſcitiue. neceſſe ē vt quiſq; cognoſcēs ꝑficiat ſuã operam. i. ſuam opationē cognoſcēdi. nõ ex aliena poteſtate. ſ. rei cognite. ꝟ ex ꝓpria poteſtate. i. ex virtute cognoſcentis. Notandum ꝙ ex ſra formatur tal' rõ. Oīs act⁹ ⁊ operatio ſequitur conditionez illius potentie cuius eſt actus ⁊ operatio. ſed iudicare ſiue cognoſcere eſt actus ⁊ operatio potentie cognoſcentis ⁊ nõ rei cognite. ergo iudicare ⁊ cognoſcere ſequit' modum ⁊ conditionem potentie cognoſcentis ⁊ non rei cognite.

Neq; id iniuria. nam cum omne iudicium iudicantis actu exiſtat: neceſſe eſt vt ſuam quiſq; operam nõ ex aliena ſed ex propria poteſtate perficiat.

## Metrũ quartum libri q̄nti.

Quondam porticus attulit
Obſcuros nimium ſenes:
Qui ſenſus ⁊ imagines
E corporibus extimis:
Credant mentibus imprimi
Ut quondam celeri ſtilo
Mos eſt equore pagine
Que nullas habeat notas
Preſſas figere litteras.

Quondam porticus attulit. Iſtud eſt metrum quartũ huius quinti. quod dicitur gliconicum ab inuentore. coriambicũ a pede predominante. In quo metro impꝛobat opinionē ſtoicorũ. ex qua videtur ſequi cõtrariuȝ dictis ſuis. Fuit enim opinio ſtoicorum ꝙ cognitio intellectiua ſolum perficeretur ex hoc. ꝙ corpora exteriora ſuas ſilitudines imprimant ī mentem. ita vt mēs ſolum ſe habeat in ratione patientis: ⁊ res extra in ratione agentis. Ex quo ſequitur cum patiens trahatur ad naturam agentis ⁊ non econuerſo. ꝙ cognitio ſequeretur naturam rei cognite ⁊ non naturã cognoſcentis. quod eſt contra dicta. Primo ergo ponit opinionem ſtoicorum. ſecundo improbat eam. ibi. Sed mens. Primo dicit. Quondam porticus attulit ſenes ſupple ſtoicos. qui dicebantur ſenes ꝓpter maturitatez morum ſenes inq̃ nimiũ obſcuros ſupple in ſententijs. qui ſtoici credunt ſenſus ⁊ imagines. i. rerum ſenſibiliũ formas imprimi mentibus ex corporibus extimis. i. exterioribus. ⁊ poſuerunt illa corpa eo mõ imprimere imagines mētib⁹. vt quondã mos fuit alicui ſcribenti celeri ſtilo figere ꝑſſas

litteras equore id eſt in planicie pagine. que pagina nullas prius notas habeat. Notandum ꝙ ſtoici dicuntur a ſtoa greco quod eſt porticus latine quia athenis in manifeſtiſſima portico ⁊ alijs locis publicis ſtoici diſputare ſolebant. illi poſuerunt aĩam tm̃ habere ſe in ratione patientis reſpectu rerum exteriorum. ⁊ quia cognitio magis videtur ſequi virtutẽ actiuam ꝙ̃ paſſiuam. ideo ſm̃ eos cognitio potius debet attendi ſm̃ facultatẽ rei cognite que eſt actiua. ꝙ̃ anime cognoſcẽtis que ẽ paſſiua.

¶ Sed mens ſi proprijs vigens. Hic improbat hanc opinionẽ. ſecundo ponit ſuam veritatẽ ibi. hec eſt efficiens. Primo ergo deducit ad plura inconuenientia iſtam opinionem dicens. Sed ſi mens vigens nihil explicat ꝓprijs motib⁹. i. ſi nullam actionem ꝓpriaꝫ hꝫ. ſꝫ tm̃ iacet patiẽs. ſubdita notis. i. ſilitudinib⁹ corporũ. ⁊ ſi ipa reddit. i. repñtat caſſas imagĩes reꝝ. i. ſilitudines ĩ vicẽ ſpeculi. i. ad modũ ſpeculi. Tũc qritur vñ viget hec notio id ẽ hec cognitio animis. ꝙ aĩa eſt cernẽs oĩa nõ tm̃ corpalia ſꝫ etiam incorpalia. Notandũ ꝙ primũ inconueniẽs eſt. ſi cognitio intellectiua fieret ꝑ ſolã impꝛeſſionẽ corpoꝝ in aĩa. tunc nõ eẽt virtus ꝑ quã aĩa cognoſcẽt incorpalia. qꝛ ꝑ ſolã ĩpreſſionẽ corpoꝝ tm̃ cognoſceret copalia. nũc aũt mãifeſtũ eſt ꝙ etiam incorpalia cogſcit. Aliud ĩcõueniẽs ponit dicẽs. Si anima tm̃ eſt paſſiua. que vis anime ſingula ꝓſpicit. i. iudicat. aut que vis aĩe cognita diuidit. aut diuiſa recolligit. aut q̃ vis aĩe legens. i. apprehẽdens alternũ iter componendi ⁊ diuidẽdi. nunc inſerit caput ſummis. i. generaliſſimis aſcẽdẽdo a ſpẽaliſſimis ad generaliſſima colligendo multitudinẽ. ⁊ nunc decidit vel decedit ſm̃ aliã lrãm. i. cadit in infima. i. in ſpẽaliſſima ꝓcedẽdo a generaliſſimis ad ſpẽaliſſima diuidendo. Tũ. i. tãdẽ aĩa referẽs. i. cõparãs ſeſe ſibi redarguit falſa veris. i. ꝑ vera. No

Sed mens ſi ꝓprijs vigens
Nihil motibus explicat:
Sed tm̃ patiens iacet
Notis ſubdita corpoꝝ.
Caſſaſq; in ſpeculi vicem
Rerum reddit imagines.
Unde hec ſic animis viget
Cernens oĩa notio.
Que vis ſingula ꝓſpicit.
Aut que cognita diuidit.
Que diuiſa recolligit.
Alternumq; legens iter:
Nunc ſummis caput inſerit:
Nunc decidit in infima.
Tum ſeſe referens ſibi:
Ueris falſa redarguit.

tandū ꝙ ex lr̄a tal' formatᷣ rō. Illa aīa nō eſt tm̄ paſſiua ſ actiua q̄ iudicat compōit ⁊ diuidit. ⁊ vera falſis redarguit. ſ aīa ītellectiua ē hmōi. ḡ Maior nota ē. qꝛ iudicare. ꝯponere. diuidere. redarguere videntᷣ eē oparōes actiue. Minor apparet. aīa iudicat inter veꝝ ⁊ falſū. ꝯpōit p̄dicatū cū ſbiecto. aliqn̄ diuidit p̄dicatū a ſubiecto. ⁊ falſas opiniones redarguit.

Hec eſt efficiēs magis
Longe cauſa potentior
Quā que materie modo
Impreſſas patiᷣ notas.
Precedit tamē excitās
Ac vires animi mouens
Viuo in corpe paſſio.
Cum vel lux oculos ferit:
Vel vox auribus inſtrepit.
Tū mentis vigor excitus
Quas intus ſpecies tenet
Ad motus ſiles vocans
Notis applicat exteris
Introrſūqꝫ reconditis.
Formis miſcet imagines

¶ Hec eſt efficiens magis. Hic phīa ponit veritatē dicens. Hec mēs ē magis cā efficiēs. q̄ eſt cā lōge potentior q̄ illa que mō materie. i. ſilitudine materie. patiᷣ notas impreſſas. et qꝛ aliq̄s crederet ꝙ ī aīa nulla eēt paſſio. Iō ſubdit quedam paſſio p̄cedit opatiōes aīe in viuo corpe excitās ⁊ mouēs vires animi ad opandū. vt qn̄ lux ferit oculos tunc patitur viſus vel cuꝫ vox īſtrepit. i. īſonuit auribus tūc patiᷣ auditus. ⁊ tandem vigor mentis excit⁹. i. excitat⁹ vocās ſpecies quas intus tenet ad ſiles motus. applicat eas notis exteris. id eſt ſilitudinibus exteriorib⁹. ⁊ miſcet. i. applicat imagines exteriores corpoꝝ formis. i. ſpēbus introrſum. i. in aīa recōditis. Notandū ꝙ boetius hic vtitur ſnīa platonica q̄ ponit ſpēs reꝝ a principio naturaliter inditas aīe. Sed aīa ſopita eſt in corpe. ita ꝙ non intelligit p eas niſi excitetᷣ p īmutationē ſenſuum exteriorum. excitata aūt euocat ſpeciem ſilem illi quā ſenſus exterior impſſit ⁊ applicādo eam rei exteriori. ſic ītelligit p eaꝫ. ad hāc intentionem etiam loquitur linconienſis primo poſteriorum dicēs. Ratio in nobis ſopita non agit niſi prius p operatiōes ſenſuū quibus admiſcetᷣ fuerit exprecta. Notādū ꝙ ex lr̄a vꝫ ꝙ intellect⁹ poſſibilis ītelligēdo etiā ſit actiu⁹ cū ſit cauſa efficiens vt dicit in littera. Ariſtotiles autem. iij. de anima vult ꝙ intelligere ſit pati ⁊ ꝙ intellectus nullam habet naturam niſi ꝙ ē poſſibilis vocatus. Ad hoc dicunt aliq̄ ꝙ quia ſbīa cōphēdit tam intellectū poſſibilē q̄ agentem in anima eſt actiua immo cauſa effectiua

intellectōis rōe intellectus agentis. ſꝫ ē paſſiua rōne intellectus poſſibilis vł dōm ꝙ ītellectus poſſibilꝭ ē potētia paſſiua ſaltē q̄ ad primū eius actum cū ītelligere ſit pati. ſꝫ oīs potētia paſſiua de neceſſitate req̄rit potēciā actiuā q̄ reducat ipſā ad actū. Tale aūt actiuū nō pōt eē res corporalis ex cum agēs ſit preſtantiꝰ paſſo. ſꝫ tale actiuū ex pte aīe erit intellectus agēs cuiꝰ operatio ē facere potētia ītellecta actu intellecta. ita ꝙ a rebus ex ꝟtutē ītellectus agentis imprimitꝰ aliq̄d ītellectui poſſibili p q̄d in actū ītelligēdi reducitꝰ. Nō ē ꝗ intētio boetij negare q̄n mēs ſit paſſiua rōne ītellectus poſſibilꝭ. ſed vult ꝙ mens ſiue aīa magis hēat efficiētiā in ītellectōe ꝙ̄ ſit paſſiua ab ipſis corꝑibꝰ ex. ⁊ ꝑ ꝯn̄s efficiētis intellectus non dꝫ attribui rebꝰ ex q̄d erat de intentione ſtoicorum.

## Proſa q̄nta libri quinti.

Quod ſi in corꝑibꝰ ſentiēdis q̄uis afficiāt īſtrumēta ſenſuū forinſecꝰ obiecte q̄litates animiq̄ agētis vigorē paſſio corꝑis añcedat. q̄ in ſe actū mētis ꝓuocet excitetq̄ interim q̄eſcentes intrinſecus formas. ſi in ſentiēdis inq̄ corꝑibus animus nō paſſiōe inſignitꝰ. ſꝫ ex ſua vi ſubiectā corpori indicat paſſionem quantomagis ea q̄ cunctis corporū affectionibꝰ abſoluta ſūt indiſcernendo non obiecta extrinſecus ſequuntur. ſed actum ſue mentis expediūt.

Quod ſi in corꝑibus ſentiendis. Hec eſt quinta ꝓſa bui⁹ q̄nti libri. In qua ꝓbat ſpecialiter diuinā cognitionē eē ſꝫ modū cognoſcētis ⁊ non rei cognite. Scđo oſtendit inſufficientiā eoꝝ qui ex noſtro modo cognoſcendi improbat prouidentiam diuinam ibi. Quid igitꝰ Prīo facit q̄d dictum eſt. ſecundo infert duas ꝯcluſiōes. ibi. Hac itaq̄. Prīo dicit. Si in ſentiendis id eſt in cognoſcendis corporibus animus noſter non tm̄ inſignitur. id eſt afficitur paſſione corporis. ſed ex ſua vi indicatꝰ paſſionem ſubiectam corpori. ita ꝙ in cognoſcendo ſequitur propriū motū. q̄uis qualitates obiecte forinſecus afficiāt. i. īmutent. inſtrumēta. i. organa ſenſuū ⁊ paſſio corporis antecedat vigorē agentis animi. que paſſio ꝓuocet actū mentis in ſe. ⁊ excitet formas intrinſecus quieſcētes. Si hoc ē in aīo noſtro multomagis ea que abſoluta ſunt cunctis affectōibus. i. qualitatibus corporum. Sic ītelligētie ſepate ⁊ precipue deus. illa īdiſcernēdo nō ſequuntur obiecta extrinſecus. ſed expediunt id eſt perficiunt actum ſue mentis id eſt operationem intellectiuam ſm naturam ꝓpriam. Notādum ꝙ ex lr̄a poteſt ſic argui. Si id de quo minus vꝫ ineſſe ineſt ⁊ de q̄ magis. ſꝫ minus vꝫ ꝙ animꝰ uꝭ in cognoſcendo ſequatꝰ motū ſuū ⁊ nō rei cognite et tn̄ ſequitur facultatē ſue cognitionis ergo mltomagis ītelligentia diuina ſequitur in cognoſcendo propriū motū ſue cognitionis q̄ ipſius rei cognite

Hac itaqꝫ rõne mltiplices cognitiões di-
uerſis ac differẽtibꝰ ceſſere ſubſtãtijs. Sẽ
ſus eĩ ſolꝰ eũctis aliſ cognitõibꝰ deſtitutꝰ
ĩmobilibꝰ aĩantibꝰ ceſſet. q̃les ſt cõche ma
ris. queqꝫ alia ſaxis herẽtia nutriũt. Ima
ginatio vo mobilibꝰ beluis. q̃bꝰ iã ineẽ fu
giẽdi appetẽdiue aliq̃s vĩ affectꝰ. Rõ vo
hũani tm̃ generis ẽ ſicuti itelligẽtia ſola di
uini. Quo fit vt ea noticia ceteris p̃ſtet q̃
ſuapte natura nõ mõ ꝓpriũ. ſꝫ ceteraꝝ q̃ꝫ
noticiaꝝ ſubiecta cognoſcit. Quid igit. ſi
rõcinatiõi ſenſus imaginatioqꝫ refragent.
nihil eẽ illõ vniuerſale dicẽtes. ꝙ ſeſe itu

¶ Hac itaqꝫ rõne. Hic ĩfert duas cõcluſiões ex premiſſis dicẽs: Ex q̃ cogni-
tio ꝯſeqtur nãm cognoſcẽtis ⁊ nõ rei cognite. ⁊ cũ cognoſcentia ſint diuerſa
ſm nãm. oꝫ diuerſis cognoſcẽtibꝰ ꝯuenire diuerſas cognitiões. Vñ dicit.
Hac itaqꝫ rõne. qꝛ cognitio ſequit nãm cognoſcẽtis. multiplices cognitio
nes. ceſſere. i. ceſſ aũt diuerſis ac differentibꝰ ſubſtãtijs. ſenſus eñ ſolꝰ de
ſtitutꝰ. alijs cognitõibus ceſſit: aĩanti-
bus ĩmobili-
bus. quales ſũt cõche ma
ris. ⁊ q̃cunqꝫ nutriunt he-
rentia ſaxis.
Imaginatio vo ceſſit mo
bilibꝰ beluis q̃ mouẽt mo
tu ꝓgreſſiuo q̃busvĩ ĩneẽ affectꝰ. i. ap-
petitꝰ fugien
di maluꝫ vel appetẽdi bo
num. Rõ vo ꝑ quã ꝯphẽ-
dimꝰ vniuerſale tm̃ ẽ hũani generis. ſic ĩtelligẽtia ẽ diuini generis. Tunc
põit ſcd̃am ꝯcluſionẽ. ꝙ illa cognitio ẽ notior ⁊ nobilior q̃ nõ ſolũ apprehẽ
dit ꝓpriũ obiectũ ſ etiã obiecta aliaꝝ noticiaꝝ. i. cognitionũ Vñ dic. Quo
fit vt ea noticia. i. cognitio. p̃ſtet. i. nobilior ſit ceteris. q̃ ſuapte natura. i. ꝓ
pria natura. nõ mõ. i. nõ tm̃ mõ ꝓpriũ obiectũ cognoſcit. ſ ẽt cogſcit ſbiecta
ceteraꝝ noticiaꝝ. Nota circa primã ꝯcluſionẽ ꝙ cũ actꝰ ⁊ opatões diuer-
ſificent ſm diuerſitatẽ agentiũ ⁊ opantiũ. ſequit ſi agentia ⁊ opantia ſint
diuerſa ꝙ hẽant diuerſas opatões ⁊ cognitões. ꝓpter qd̃ ſenſus ſine alijs
cognitõibꝰ ceſſit aĩalibꝰ ĩmobilibꝰ. ⁊ accipit hic ſenſus ſtricte ꝓ apprehen
ſiõe ſenſitiua. q̃ ſolũ ĩmutat ad p̃ñtiam ſenſibilis. Sic eĩ diſtinguit ꝯ ima-
ginatõem que nõ tm̃ apphẽdit rẽ p̃ñtẽ. ſ etiã abſentẽ. Notãdũ circa ſcd̃aꝫ
ꝯcluſionẽ ꝙ q̃cũqꝫ potẽtia plura cognoſcit vĩ eẽ p̃ſtantior ea q̃ cognoſcit
pauciora. Si ergo aliqua potẽtia cognoſcit ꝓpriũ obiectũ. ⁊ cuꝫ ſ obiecta
aliaꝝ potẽtiaꝝ ĩferioꝝ. ſic ẽ intelligẽtia diuina. ⁊ nõ ecõuerſo. ſeqt ꝙ potẽ
tia ſupior plura cognoſcens ſit nobilior ĩferiori.
¶ Quid igit. Hic phia oñdit inſufficiẽtiã eoꝝ q̃ ex mõ cognoſcẽdi nr̃o im
probant diuinã ꝓuidẽtiã. ſcd̃o hortat nos ad ꝯſiderãdũ modũ diuine co
gnitõis. ibi. Quare ĩ illiꝰ. Prĩo mãifeſtat ĩſufficiẽtiã eoꝝ ꝑ ſilẽ. ſcd̃o appli
cat illõ ſilẽ ad ꝓpoſitũ ibi. Silẽ ẽ. Silitudo aũt quã ĩtẽdit tal ẽ. Senſus ⁊
imaginatõ ſt cognitões ĩferiores q̃ rõ. Si g̃ ſenſus ⁊ imaginatõ vellet lu-

eri rō putet. Qō eīn ſenſibile vel imaginabile ē id vniuerſū eē nō poſſe aut igit̄ rōnis veꝝ eē iudiciū. nec quicq̄ꝫ eē ſenſibile. aut qm̄ ſibi notū ſit plura ſenſib⁹ ⁊ imaginatōi eē ſubiecta. inanez ꝯceptōez eē rōnis q̄ qō ſenſibile ſit ac ſingulari q̄ſi qōdā vniuerſale ꝯſideret. Ad hec. Si rō ꝯ rn̄deat: ſe q̄dē ⁊ qō ſenſibile ⁊ qō imaginabile ſit vniuerſitatis ratione ꝯſpicere. Illa ꝟo ad vniuerſitatis cognitionez aſpirare non poſſe. qm̄ eorum notio corporalis figuras nō poſſit excedere. De rerum ꝟo cognitione firmiori potius perfectioriq̄ꝫ iudicio eē credendum. In hmōi igitur lite nos quibus tam rōcinandi q̄ꝫ imaginādi etiā ſentiēdiq̄ꝫ vis ineſt. nōne rōnis potius cauſaz ꝓbarem⁹ Simile eſt ꝙ humana ratio diuinam intel

